


VANOLI
LEXICI
CHLDATE
P. 2

IMP
2
047



EST. ~~XIV~~
1883
No. 3
82

~~Caja 103~~

IMP
2
047



CON FABRINDOR

AUSTORE ANTONIO ZENON

FABRINDOR

CON FABRINDOR

ESTADO LIBRE Y SOBERANO DE CALIFORNIA
Est. XII
L. 10
182

~~Caja C-100~~

IMP
2
047



SECRETARIA DE ECONOMIA
ESTADOS UNIDOS MEXICANOS
SECRETARIA DE ECONOMIA
ESTADOS UNIDOS MEXICANOS

SECRETARIA DE ECONOMIA
ESTADOS UNIDOS MEXICANOS
SECRETARIA DE ECONOMIA
ESTADOS UNIDOS MEXICANOS



LEXICI CHALDAICO-RABBINICI

CUM RABBINORUM ABBREVIATURIS,

I N Q U O

Pro Vocabulorum opportunitate res ad Sacram Scripturam, Rempubli-
cam, & Religionem Hebraicam pertinentes, aliæque
multæ exponuntur,

AUCTORE ANTONIO ZANOLINI J. U. D.

Et in Seminario Patavino Linguarum Orientalium Professore,

P A R S S E C U N D A .



INCIPIENTIA

A ʒ

ʒ In numeris valet nonaginta. Duplicem habet figuram, ʒ recurvum, quod in omni
dictionis loco reperitur, præterquam in fine; nam tunc scribitur ʒ extensum, quod
in numeris nonaginta refert. Hoc peculiariter animadvertendum de hac littera ʒ, eam ha-
bere vim mutandi ך in Conjugatione Hithpabel in ך, ut omnes Grammatici unanimi
consensu docent.

Phra-

Phrasis צאן ברקל Pecus ferrea in Jure Hebræorum quid significet.

צאן Ovis, pecus. Sæpe in Jure veterum Hebræorum hi dicendi modi legentibus occurrunt, צאן ברקל Pecus ferrea: נכסי צאן ברקל Facultates pecudis ferreæ: עבדי צאן ברקל Servi pecudis ferreæ, quorum significationem ignorantes hærent, parumque abest, quin libros projiciant ira accensi, vel igni comburendos tradant, ubi multa familia inveniunt. Placet itaque singulos dicendi modos explicare, legentibusque opem ferre. Phrasis igitur prima צאן ברקל pecus ferrea a pastoribus ovium deducitur. Solent enim aliquando pastores oves a Dominis ea conditione pascendas, & custodiendas suscipere, ut, si qua ex illis per incuriam pereat, teneantur de suo Dominis restituere, & solvere; aliquando vero sine ulla conditione, tuncque, quidquid perit, Domino perit. Itaque, priori conditione proposita, grex ovium pastori conceditus dicebatur esse Domino צאן ברקל pecus ferrea, quia sicuti ferrum solidum, & firmum est, ita grex, quidquid adversi contingeret, Domino firmus, & salvus manebat. Hinc hujusmodi locutio ad servos, ancillas, facultates traducta est, quarum usufructus tantummodo ad maritum, vel herum pertinebat, & fundi, vel personæ restitui debebant, ubi necessitas postulasset. Hinc in Tractatu יבמות Jevammôth cap. 7. legitur: אלמנה לכהן גדול הכניסה לו עברי מלוג Vidua (quædam ditissima una cum dote) affert Sacerdoti Summo servos depilationis, & servos pecudis ferreæ. Illi non comedunt de Oblationibus Sacerdotalibus; hi vero comedunt. Illi, si moriuntur, moriuntur viduæ: si vixerint, vivunt eisdem. Hi, si moriuntur, moriuntur Sacerdoti: si vivunt, eidem vivunt. Dicuntur autem servi depilationis עבדי מלוג, quia gallinarum instar depilabantur, sive deplumabantur. Eos uxor tradebat marito in liberum ministerium, ut scilicet eorum ministerio, ac famulatu tantummodo uteretur, tenereturque restituere, quoties uxor eos repeteret, aut, si mortem obirent, id sine mariti detrimento esset, uxoriq; morentur. Eorum enim officiis, & servitute Domini ipsorum fruebantur, eos autem vendere, vel alienare non poterant. Sic שפחת מלוג Ancilla usuaria. Hujusmodi fuit Agar ancilla Saræ. Hinc ad illud: Et Sara uxor Abrahami non pariebat ipsi, sed erat לה ipsi ancilla Ægyptia, nomine Agar, Genes. 16. 1. scribitur in בראשית רבא Berescith Rabbâ sect. 45. שפחת מלוג היתה והיה חייב במונותיה ולא היה רשאי למכרה h. e. Ancilla usualis erat, & tenebatur (Abraham) alere eam, neque fuit concessum ei vendere ipsam. Interrogatus Rabbinus quidam, cur Talmudici dixissent עבדי מלוג Servi usuales? respondit ipsis, כמה דתימא, idem ac si diceres, Depila, Depila; h. e. ministerio tantum fructuere, ipsos vero sibi relinque, neque alienato. Ita עבדי צאן ברקל Servi pecudis ferreæ diceban-

tur ii, quos maritus ea conditione accipiebat, ut, si moverentur, ipse certa pecunie summa in כְּתוּבָה שֵׁטֶר instrumento dotali designata, eos redimere teneretur, uxoriq̄ue pro iis eam persolvere. Sic נְכָסֵי מְלוּג Facultytes depilationis, h. e. usuariæ illæ erant, quas uxor in liberos suos usus sibi reservabat præter dotem in contractu matrimoniali descriptam. Ex Rambam in הלכות אישות cap. 16. in נְכָסֵי מְלוּג facultates depilationis nullam aliam potestatem maritus habebat, nisi ut usumfructum, sive redditus ipsarum cum uxore communes haberet, easque hac ratione quasi depilaret, sorte integra manente, veluti cum quis pilos capitis evellit, vel radit, at caput integrum manet. Denique נְכָסֵי צֵאן בְּרִיָּה Facultytes pecudis ferreæ erant, quas integras in כְּתוּבָה שֵׁטֶר instrumento dotis, vel earum sortem se restitutum uxori vir pollicebatur, ac propterea, quemadmodum ferum durable est, ita etiam ipsæ uxori integræ permanebant. Quamobrem in כמא קמא Bavà Kamà fol. 89. אִם יֹאמְרוּ בְּנְכָסֵי מְלוּג יֹאמְרוּ בְּנְכָסֵי צֵאן בְּרִיָּה h. e. Si loquuntur de facultatibus usualibus, loquuntur de facultatibus capitalibus.

צָבָא Hebraice. Militare. Hinc יְיָ צְבָאוֹת Chaldaice, Dominus Zebaoth, h. e. exercituum. Ex Berescith Rabbà sect. 10. הֵן גַּם צְבָאוֹת הֵן Triplex est exercitus, צְבָא לַשָּׁמַיִם וְלָאָרֶץ Exercitus Cœli, & terræ, sicuti dicitur: Et perfecti sunt Cœlum, & terra, & omnis צְבָאוֹת exercitus eorum. Genes. 2. 1. צְבָא לְתַלְמִידִים Exercitus discipulorum: ut כָּל־יְמֵי צְבָאֵי כָל־יְמֵי אֵיחָל Cunctis diebus exercitus mei expectabo. Job 14. v. 14. צְבָא לְיִסּוּרִין Exercitus castigationum: ut an non צְבָא exercitus, militia est homini super terram? Job 7. v. 1.

צָבָא Bufo: testudo. Levit. 11. 29.

צָבָה, צָבָה Velle, optare, cupere, desiderare, acquiescere. Exod. 2. 21. Job 33. 32.

צְבִינָא, צְבִינָא Voluntas, beneplacitum, benevolentia. Prov. 10. 32.

צְבוּתָא, צְבוּתָא Idem, Job 31. 16.

צְבָאוֹת Idem. Job 31. 16.

צְבִינָא Ornatus, ornamentum. Plur. cum aff. צְבִינָתָא ornamenta sua. Esth. 2. 9. in Targum secundo.

צָבָה צְבָחַר Modicum, paululum, paulisper. Isa. 10. 25. Ruth 2. 7.

צָבַע Fingere, intingere, immergere, lavare, abluere. Levit. 11. 40. fortiri, fortem jacere. Esth. 3. 7. in Targum secundo. Pabel צָבַע idem. Ithpabel אֶצְבַּע intingi, ablui. Levit. 13. 58. Dan. 4. 12.

צְבִיעִין Color, tinctura. Plur. צְבִיעִין, צְבִיעִין colores. Jerem. 4. 30.

צָבַע Coloratum: coccineum. צָבַע וְהָרִי coccineum, dibaphum. Exod. 39. 3.

אֶצְבַּע, אֶצְבַּעָא Digitus. Isa. 58. 9. Exod. 31. 18. Plur. masc. אֶצְבַּעִין Jer. 52. 21. & fam. אֶצְבַּעִין, אֶצְבַּעִין, אֶצְבַּעִין digiti. 2. Sam. 21. 20.

צבע, vel *Hipbil* הַצְבִיעַ Digitis fortituri, micare, sortem dubiam

digitorum extensione indicare. *Hinc illud Varronis*: Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. *Dum adhuc Templum staret, & Sacrificia offerrentur, illud in more apud Hebræos positum erat, ut de Altari a cineribus expurgando sepe inter se certarent. Hæc autem erat hujusmodi concertationis ratio. Uno in loco omnes consistentes, quasque in carceribus positi, ad Præfecti signum cursu Altaris gradus ascendere conabantur, palmaque ab eo obtinebatur, qui ceteris prior quatuor superiores gradus attigerat. Si forte contingeret, ut eodem tempore illuc plures pervenirent, cursuque pares evaderent, fors jaciebatur. Iis itaque in orbem collocatis, Sortium Præfectus agebat*: הַצְבִיעוּ Micate,

videlicet, Digitos extollite, quilibet numero, qui placet. Sorte jacta, Præfectus ex arbitrio unius ex iis pileum tollebat, & ab eo numerare incipiebat, ad eumque Altare expurgare pertinebat, in quem digitorum numerus desineret. Hanc significationem Elias censet verbis illis subjectam esse, quæ *Estheræ* 3. 7. & 9. 24. in secundo Targum habentur

צבע פיסא Digitis sortitus est, *Hebræis* vocibus respondentibus **פּוּר הַפִּיל** Projecit sortem. In *Traçtatu* **יומא** Jomà cap. 2. resata presse exponitur, quæ fustus ab Interpretibus explicatur. **בראשונה כל מי**

שרוצה לתרום אתה המזבה תורס; ובזמן שהן מרובין רצין ועולין בכבש כל הקורם אתהחבירו בארבע אמות וכה ואם היו שניהם שוים הממונה אמר להן הצביעו וכה הן מוציאין אחת או שתים

ב. e. A principio quicumque volebat decinerare Altare, decinebat. Cum autem multi accurrerent, & ascenderent gradus, tunc qui socium suum præcedebat quatuor cubitis, præferebatur: quod si duo essent æquales, Præfectus dice-

bat, הַצְבִיעוּ *Micate digitis*. Quomodo id? proferebant unum, aut duos digitos, pollicem autem non proferebant. *Hac de re vide Rabbinos Bartenora, Majemonidem, & גמרא ירושלמי* Ghemarà Hierosolymitanum. *Hinc certe natus ludus, qui apud Italos præcipue inter homines infimæ sortis usitatissimus est, qui dicitur vulgo giuocare alla mora.*

צבר Congregare, coacervare, congregere, colligere, comportare. *Ezech.* 17. 17. **צבר** idem.

צבת, **צבתא**, Forceps. *Plur.* **צבתין**, **צבתין** Forcipes. 1. *Reg.* 7. 49.

צדא, **צרה** Vastari, devastari, desolari. *Jerem.* 9. 11. **צרה**

צרה idem. Item irrideri, derideri. *Prov.* 18. 1. **צרה** vastare, desolare. 1. *Sam.* 5. 6. irridere, subsannare. *Prov.* 17. 5. *Ex Pabel Participium* **צרה** qui subsannat. *Prov.* 30. 17.

צרי Vastatus, desolatus: defolatio, solitudo. *Psal.* 107. 4. **צריא**, **צריא**, **צריא** desolata. *Isa.* 54. 1. *Plur.* **צריין**, **צריין** cum **א** redundante **צריין** *Thren.* 1. 21.

צרות, **צריית** Defolatio, vastatio, locus desolatus, & vastatus. *Plur.* **צריין** defolationes. *Psal.* 46. 9.

צדאות Idem. *Esth.* 1. 4.

צריא Species avis immunda. *Deut.* 14. 16. in *Jonathane*. Respondet *Hebræo* **צריא**

הַצְדָּא Num de industria? num vere?
an certo? Sic הַּ est interrogativum, & צְדָא
idem ac צְדִיָּה industria, propositam, con-
siliium. R. Saadias exponit בּוֹרֵי certe, R.
Aben Ezra הַאֲמַת, & R. Salomon, an ni-
hilum, & inane vobis est?

צֶדֶד צֶד, צְדָא Latus: modus. צֶד,
לְצֶד ad, adversus, contra. Dan.
7. 25. מִצֶּד a latere, ex parte, propter,
contra. Dan. 6. 5. בְּצֶד in latere, juxta,
apud מִצְדֵי A parte mea; nomine meo.
הַצֶּדֶד morbus laterum, pleuritis.

צֶדֶד, צֶדֶר Pabel. Recedere, respicere ad
latus. Levit. 16. 18. in *Jonathane*. Item se-
ponere, seorsim collocare. Ratio deambu-
landi cum Rabbini traditur in *Traclatu*
Talmudis יומא Jomà fol. 37. המהלך כנגד
רבו הרי זה בור אחורי רבו הרי זה מגסי
הרוח דמצדד אצורדי b. e. Qui incedit e
regione (juxta, recta ad latus) Rabbini
fui, est rusticus, sive bardus: qui incedit
post Rabbinum suum, est ex crassis spiri-
tu, sive stupidis; quia ad latus secedere
debet secedendo &c. Videlicet, ex parte ad
latus ire debet, & ex parte post eum, ut
neque recta juxta eum eat, neque etiam o-
mnino post eum.

צֶדֶדָא Stibium, fucus: lapis pretiosus
sibii colorem referens. Respondet Hebraico
פֶּדֶד.

צֶדַע, צֶדַעָא Tempus, tempora,
pars capitis. Cum aff. בְּצֶדַעִיהּ
in tempora ejus. Judic. 4. 21.

צֶדֶק Hebraice. Justum esse, vel ha-

beri, justificari. Hinc Infinitivus *Pebab*
לְמַצְדֶּק justum pronunciare. Eccles. 7. 23.
Apbel אֲצֶדֶק justificare, justum pronuncia-
re. Psal. 82. 3. Cant. 5. 4.

צֶדִיקָא Justus. Psal. 37. 12. *Plur.*
צֶדִיקִין, **צֶדִיקָא** justi. Psal. 1. 5. *Constr.*
צֶדִיקִין pro absoluto, justi. Psal. 7. 10. *Cum*
aff. צֶדִיקִיךָ justorum tuorum. Psal. 69. 28.
Fœm. צֶדִיקָתָא, & צֶדִיקָתָא justa. Psal.
68. 26.

צֶדֶקָא, **צֶדֶקָא** Justitia: eleemosyna.
Eccles. 4. 8. Prov. 11. 18. In *Bibliis Venetis*
sæpe legitur צֶדֶקָתָא. *Plur.* צֶדֶקִין, צֶדֶקָתָא
justitiæ: eleemosynæ. Psal. 103. 6. In *Tal-*
mudis Traclatu חגיגה Chagigà fol. 5. *legi-*
tur, Rabbinum *Janneum* cuidam
publice, palam eleemosynam pauperi elar-
gienti dixisse ליה יהבת דלא מוטב דלא Satius
fuisset tibi, ut nihil dedisses ei. *Cum do-*
ctrina a Christo de eleemosyna facienda
Mattb. 6. tradita id convenit.

צֶדֶקָא, **צֶדֶקָתָא** Idem. Isa. 32. 17.
צֶדִיקוּתָא, **צֶדִיקוּתָא** Idem. Prov. 12. 17.
Per apocopam צֶדֶקוּ Eccles. 2. 21.

צֶדוּק, & צֶדוּקָא Tzadocus, Sadocus.
Nomen proprium viri. Multi fuerunt hoc no-
mine in Sacris litteris insigniti. Sadocus
hic discipulus fuit Antigoni Sochæi, qui
præceptoris sui doctrinam male intelligens
צֶדוּקִים Sadducæorum Sectæ nomen dedit.
Ejus collega fuit בַּיְתוֹס Bajethofus. Ex
R. Abraham Levita זאת היה תחלת המינות
hoc fuit principium Schismatis inter Ju-
dæos. Itaque Antigonus Sochæus præcepto-

tem cum magna nominis celebritate egit, auctoritate plurimum potuit, & inter ceteros discipulos Sadocum, & Baithosum habuit, qui Baithosus Baithosæorum Sectæ nomen dedit. Crimen detortorum Antigoni verborum utrique, Sadoco, & Baithoso tribuitur. Ex auctoribus nonnulli arbutantur, Baithosæos fuisse peiores Sadduceis. Verumtamen cum apud Judæos plerumque nomina Sadduceorum, Bajethosæorum, Epicureorum, Cuthæorum, Karæorum, & מינים sc. Hæretico-

rum promiscue accipiantur, & tamquam synonyma usurpentur, de Bajethosæis nihil certi dici posse videtur. Baal Arûch ait, Sadocum, & Bajethosum duas malas familias, videlicet Sadduceorum, & Bajethosæorum constituisse. Josephus Antiquit. Judaicarum lib. 18. cap. 2. de tribus præcipuis Judæorum Sectis mentionem facit, sed non eo ordine, quo nate sunt. Judæi a multis retro sæculis in tres Sectas erant divisi, Essenorum, Sadduceorum, & eam, quæ Phariseorum vocata est. D. Epiphanius autem septem Judæorum Hæreses numerans primos facit Sadduceos. Fuerunt porro hæ. Sadducei, Scribæ, Pharisei, Hemerobaptistæ, Nazareei, Osseni, & Herodiani. Vide Cuneum lib. 5. cap. 11. Apud Judæos Hemerobaptistæ dicebantur, qui quotidie religionis causa lavabantur. De Sadduceis vide, si placet, pag. 405. mei Lexici Hebraici typis Seminarii Patavini editi anno 1732. ubi legitur etiam præceptum ab Antigono Socheo discipulis suis Sadoco, & Baithoso traditum, ejusque interpretatio præpostera subjicitur. Nicolaus Lyra in cap. 5. Actorum, D. Epiphanius lib. 1. cap. 14. & alii originem nominis Sadduceorum voci Hebraicæ צדק justitia tribuunt;

sed cum ex multis Auctoribus pateat, eos fuisse homines scelestos, & impios, facile hæc sententia rejicitur. Auctor יוחשין Juchasin pag. 139. ait. Sadducæi impii fuerunt, & pravus moribus imbuti, unde & plebi exosi. Alii sevos, & inhumanos, alii agrestes, duros, & truculentos homines Sadduceos appellant.

צָהָא Sitire, sitibundum esse. Psal. 632. Participium צָהוּ, צָהוּ, צָהוּ fitiens. Isa. 25. 25. Psal. 107. 25. Plur. צָהוּן sitientes. Psal. 107. 5.

צְהוּחָא Sitis, siccitas. Job 24. 19. Cum aff. צְהוּחָהוּן sitim suam. Psal. 104. 11. Plur. צְהוּחָא siccitates, loci siccii. Psal. 105. 41.

צָהוּא Idem. Job 24. 19.

צָהַב Irritare, ad iram provocare. 1. Sam. 1. 6.

צָהַל Jubilare, exultare. Esth. 8. 15.

צָוַר Venari, aucupari, capere: piscari. Gen. 27. 33. Thren. 4. 18. Ex Ithpehal Præterit. אֶתְצִירָה לֵיךְ illaqueavit te. Jerem. 50. 24. Futurum תִּתְצִיר דְּלָא ne capiaris. Prov. 3. 26.

צִירָה, צִירָא Venatio, præda, captura: fera venatione capta. Gen. 27. 25. Cum aff.

צִירָי de fera mea. Gen. 27. 19.

צִיר Venator, piscator. Plur. צִירִי, צִירִין venatores, piscatores. Jerem. 16. 16. Isa. 33. 21.

מִצְרָא, מִצְרָתָא Rete venatorium. Hof. 5. 1. Psal. 9. 16. Plur. מִצְרָתָן, מִצְרָן retia. Ecclef. 7. 27. & מִצְרִין Ecclef. 9. 14. & מִצְרִין Isa. 19. 9.

צָוָה Hebraice. Præcipere, jubere, mandare, imperare. Hinc

מִצְוָה Præceptum. Deut. 25. 10. in Targum Hierosolymitano. In פִּרְקֵי אֲבוֹת Pir-Kè Avôth cap. 4. מִצְוָה גִּוְרָתָא מִצְוָה Præceptum trahit præceptum, & transgressio trahit transgressionem. His verbis admonentur homines, vitia ex vitiis nasci, quemadmodum virtutes ex virtutibus proficiuntur. In Lingua Hie-

rosolymitana hoc nomine מצוה, & מצותא appellatur eleemofyna. Plur. מצוין præcepta. Deut. 7. 10. in Targum Hierosolymitano. Emphat. מצותא Deut. 15. 11. in Targum Hierosolymitano.

מצוה פ"ר Filius præcepti, h. e. qui tenetur Præceptis a Moyse traditis obtemperare. Abèn Ezrà Gen. 17. 14. ait ad id teneri natum annos tredecim, & diem unum absolutum, & completum. Judæi volunt, Præcepta Mosaica esse תריג sc. 613. cujus numeri alii alias rationes assignant. In libro inscripto צרור המור Tzeròr hammòr, sc. Fasciculus myrrhæ, qui est Commentarius in Legem Moysis, ad verba illa Exod. אנוכי יהוה אלהיך; h. e. Ego sum Dominus Deus tuus, que sunt initium Decalogi, hæc habentur. Ecce in istis decem Præceptis comprehensa est tota Lex, prout eam prisce ordinarunt in numero Præceptorum. Nam unaquæque littera est loco unius Præcepti. Hæc autem Præcepta Hebræi dividunt in מצות עשה Præcepta affirmativa, & מצות לא תעשה Præcepta negativa. De septem autem Præceptis Noe datis, de quibus sæpe Hebræi mentionem faciunt, vide R. Bechà in Legem fol. 12. Id animadvertendum, aliquando dictiones מצוה, & מצותא per Synecdochen usurpari pro Eleemofyna; id vero præcipue in lingua Hierosolymitana. In Bemidbàr Rabbà sect. 9. legitur tamquam Proverbium למצותא פתח דלא תרעא דלא תרעא לאסיא h. e. Janua, quæ non aperta est Eleemofynæ, aperienda est Medi-

cis. De Præceptis autem Legis hæc ab Hebræis inculcantur. Ex פרקי אבות cap. 2. הווי זהיר במצוה קלה כבחמורה h. e. Esto æque cautus in servando levi aliquo præcepto, atque in gravi. העושה מצוה אחת קונה לו פרקליט אחד והעובר עבירה אחת קונה לו קטיגור אחד h. e. Quicumque facit præceptum unum, comparat sibi advocatum unum; qui autem transgreditur transgressionem unam, comparat sibi accusatorem unum. Sic cap. 4. מצוה גוררת מצוה ועבירה גוררת עבירה h. e. Præceptum trahit præceptum. Id frequenter in ore habent Hebræi, voluntque eo significare, quemadmodum virtutes ex virtutibus, ita vitia ex vitiis originem trahere. Hinc ex iis magis pii, & religiosiores, ut rectam vivendi viam teneant, eique sedulo insistant, se invicem hortantur, הווי רץ Curre ad præceptum leve tamquam ad grave. Utinam Deus eorum corda ita tangeret, ac percelleret, ut veritatem agnoscerent, Messiamque advenisse unanimes prædicarent.

צוה

Clamare, exclamare, vociferari. Exod. 5. 15. Num. 11. 2. Pabel צוה idem. 2. Reg. 2. 12. צוהתא, צוהתא, & צוהתא, vel צוהתא clamor, vociferatio. Jerem. 48. 3.

צוהתא

Clangor. Ezech. 7. 14. In Bibliis Regiis legitur בצוהות.

צוהתא

Profunditas, profundum; fossa, fovea profunda. Job 42. 22. Plur. מצוהתא Profunditates. Psal. 88. 7.

צום Jejunare. Jud. 20. 16. Ex *Pa-* jejunium quadragesimæ. Joel. 2. 12.
bel Infinit. תִּשְׁרֹן לְצִמָּה in- צוֹמָה רַבָּה Jejunium magnum. Ita ap-
 cipietis jejunare. Lev. 23. 32. in *Jonathane.* pellatur יוֹם הַנְּפֹרִים Dies expiatio-
צום Jejunium : quadragesima, num.

De Jejniis Hebræorum.

Apud Hebræos jejunia in duplici fuerunt differentia. Alia enim statis temporibus servabantur, alia pro re nata indicebantur. Jejunia statis temporibus præcepta quatuor fuerunt. Die tertio Septembris jejunium indictum propter mortem Godolie per Nabuchodonosorem in primo Hierosolymorum excidio interempti. Die vero decimo septimo Junii, quia eo die fractæ Tabule Legis, Juge sacrificium abrogatum, & Sacrarum litterarum exemplaria combusta. Insuper die nono Julii, quo decretum contra Israelitas sancitum, eos non ingressuros servam promissam, exceptis Josue, & Calebo, Templum primum, & secundum dirutum, & urbs Bethel situ, & opere munitissima expugnata. Die demum decimo Decembris, quo a Rege Babylonie Nabuchodonosore Hierosolyma arctissima obsidione circumvallata. Jejuniis vero extra ordinem indicendis causam præbebant variæ calamitates, bellum, pestis, segetum adustio, annonæ caritas, & alia id genus.

צִיּוֹן צִיּוֹנָה, צִיּוֹן Signum, nota, monumentum sepulchrale. Ezech. 39.
 15. *Plur.* צִיּוֹנִים & צִיּוֹנִים signa. Jer. 32. 21.
צִיָּה Hebraice. Fluere, effluere, exundare. Hinc *Ithpabel Particip.*
 רַמְצִיָּה qui effluebat. Num. 21. 20. in *Targum Hierosolymitano.*
צִוַּר Obsidere, arctare, oppugnare. Jer. 21. 4. ligare, colligare. Deut. 14. 25. *Pabel צִוַּר* formare, figurare, pingere, acu pingere. Job 10. 8. *Ithpabel אֲצִוִּיר* formari, efformari, figurari.
צִוַּר Obsidio, munitio, propugnaculum. Ezech. 4. 7.
צִוַּר Arctum, angustum. Job 41. 6.
צִוַּר Forma, figura. Deut. 4. 16. *Constr.*

צִוְרָה Ezech. 43. 11. *Plur.* צִוְרֹת, צִוְרָה formæ, figuræ.
צִוֵּר Pictor, acu pictor, Phrygio. Exod. 26. 36.
צִוּוֹר Figuratum, pictum, acu pictum, opus Phrygionicum: figura, forma, imago, effigies. Exod. 26. 36. *Plur.* צִוּוֹרִים figuræ. Judic. 5. 10.
צִוֵּר Rupes, petra. Num. 24. 21. in *Targum Hierosolymitano.*
צִוֵּרָה Bubo. Respondet Hebræo כּוֹס. Levit. 11. 17. in *Jonathane.*
צִוַּר צִוַּרָה Collum. *Plur.* צִוַּרִים colla. *Constr.* צִוַּרֵי.
צוֹת Audire, auscultare, attendere, advertere, auribus percipere.
 Jer.

Jer. 6. 10. Psal. 115. 17. *Apbel* אֲצִיחַ Idem. Ecclef. 12. 8.

צִיחַ Summitas, extremitas. *Vel idem ac צד, ציר* Latus.

צִיחָא Attentio, auscultatio, auditus. Deut. 31. v. ultimo in *Targum Hierosolymitano*.

מִצְחָת Idem. Gen. 2. 7. in *Targum Jonathanis*. הִצְחָא Idem. Isa. 21. 7. *vel est Infnitivus Apbel*.

צָחָא, צִיחָא Sitire. *Idem ac צָחָא* Languere, deficere. Thren. 2.

11. 12. 19. *Ex Apbel* אֲצִיחָא sitiant. Job 24. 11. אֲצִיחָנוּ sitire fecit eos. Isa. 48. 21.

צָחִי, צִיחִי Sitiens, sitibundus: aridus, ficcus: sitis. Jerem. 48. 18. *Fæmin.* צִיחָתָא Psal. 23. 2.

צָחוּת, צִיחוּתָא Sitis. Ruth 1. 1. Deut. 28. 48. *Cum aff.* וּלְצָחוּתִי Et in siti mea. Psal. 69. 22.

צִיחוּתָא Idem. Deut. 8. 15. in *Onkeloso*. In *Jonathane* autem male est כ pro ח. Isa. 44. 3.

צָחָא אֲרִידִיתָא Ariditas, locus aridus. *Plur.* צִיחִיתָא ariditates. Psal. 68. 6. loca nitentia præ ariditate.

צִיחָתָא *Pabel*. Tergere, extergere, polire, expolire. Isa. 21. 5. Jerem. 46. 4.

צִיחָתָא Nitor, coruscatio, fulgor, splendor. Nah. 3. 3. in *Veneris* צִיחָתָא. *Plur.* צִיחָתָא splendores. Ezech. 21. 28.

בְּצִיחָתָא Eleganter, nitide, polite. Isa. 32. 4.

צָחָא צִיחָתָא Putredo, fætor: fluxus.

Joel. 2. 20. *Constr.* צִיחָתָא Ezech. 23. 20. *Hebraice* וְזָרְמַת סוּסִים וְזָרְמַת Et fluxus equorum fluxus ipforum *redditur Chaldaicum* וְצִיחָתָא סוּסוֹן Et fætor equorum est fætor ipforum, *scilicet Ægyptiorum. Sed sive Fluxus, sive Fætor vox Chaldaica צִיחָתָא transferatur, utroque modo per periphrasim immoderata, & fætidissima libido scortationis in Ægyptiis innuitur.*

צִיטָרָא Latus, ora, extremitas. Gen. 6. 19. in *Jonathane*. בְּצִיטָרָא Apud, juxta, penes.

צִיבָא, צִיבָא, צִיבָא Currus tectus, cameratus: carpentum: lectica. Nahum 2. 7. *Plur.* צִיבִין cursus, carpenta. Isa. 49. 22.

צִיפָא, צִיפָא Bractea, lamina. Exod. 28. 36. Cant. 5. 14. hirundo. Levit. 11. 16. rubinus. Esth. 1. 2. in *Targum secundo*. Lamina צִיפָא dicta fuit aurea inter Pontificis ornamenta numerata. Latitudine duos digitos æquabat, frontique Pontificis ad aures cingende inserviebat. Alio etiam nomine Exodi capite trigesimo nono appellatur נֶזֶר הַקֹּדֶשׁ sc. corona sancta. Huic laminae litteris majusculis insculptæ erant duæ voces, ut ex Exodi capite vigesimo octavo colligitur, b. e. הַקֹּדֶשׁ לַיהוָה Sanctum Domino. Alligabant autem hanc laminam מִצְנִפָתָא Tiaræ vitæ hyacinthina.

צִיפִין Pinnæ piscium. Levit. 11. 9. 10. algæ. Psal. 139. 9. naves. Num. 24. 24. in *Targum Jonathanis*.

צִיפִיתָא Cinnus, peniculentum: fimbria

bria vestimenti. Numer. 15. 38. Ezech. 8. 3.
Plur. צִיִּיִּיִּי צִיִּיִּיִּי cincinnati. Num. 16.
 2. in *Jonathane*. Hujusmodi צִיִּיִּיִּי hodie ge-
 stant *Judei* pendentia ex veste, quam vo-
 cant טְלִית, sive טְלוּט. Sunt autem octo fi-
 la ex lana contexta quatuor predicta vesti-
 angulis herentia ad vincendum. *Rabbini*
pluraliter dicunt צִיִּיִּיִּי, & Chaldaice
 צִיִּיִּיִּי Num. 15. 38. in *Jonathane*, quam
 formam etiam *Talmudista* saepe adhibent.
Cincinnati significat Exod. 8. 3. ubi dicitur,
 וַיִּקְחֵנִי בְּצִיִּיִּיִּי ראשי Et accepit me cin-
 cinnis capitis mei, quod vertit *Chaldeus*
 בְּסַעַר ראשי pilis capitis mei.

צִיץ Florere, germinare. *Fut.* וַיִּצְיץ
 Et germinabit. Ecclef. 12. 6.

צִיד, צִירָא, צִירְתָא Cardio ostii.
 Prov. 26. 14. *Plur.* צִירִין cardines
 ostii. Exod. 26. 17. Cum aff. לְתִירִין,
 צִירִיני duobus cardinibus ejus. Exod. 26. 19.

צִית Vide in צוּת.

צָלָא, צָלָה, צָלִי Inclinari, inclina-
 re se: inclinare, inflectere,
 deflectere, declinare, advertere, diverte-
 re: tendere laqueos. Hof. 9. 8. Jerem. 18. 22.
 tinnire, palpitare, tremere. *Pabel* צָלִי i-
 dem. Item orare, precari, invocare. *A-
 pbel* אֲצִלִי inclinare, declinare, advertere.
 Psal. 119. 51. *Itpebal* אֲצִטְלָא Dimoveri,
 labare. Isa. 40. 20.

צָלוּת, צָלוּתָא Oratio, precatio.
 Jerem. 7. 16. 1. Reg. 8. 28. *Plur. emphat.*
 צָלוּתָא orationes, preces. Psal. 72. v. ulti-
 mo.

צָלָא, צָלָה Cutis, pellis, corium. Le-
 vit. 11. 32. Num. 31. 11. in *Jonathane*.

צָלַב Suspendere, crucifigere. Gen.
 40. 22. *Itpebal* אֲצִטְלִיב sus-
 pendi, crucifigi. Deut. 21. 23. Esth. 2. 23.
Particip. צָלִיב suspensus, crucifixus. *Plur.*
 צָלִיבִין suspensi. Jos. 10. 26.

צָלִיבָא Crux, patibulum: suspensio. Ruth
 1. 17. Deut. 21. 23.

צָלוּב Patibulum. De clavo in patibulo
 adhibito habetur in *Misnà* in שַׁבַּת cap. 6.
 Egredi licet in Sabbatho מִן הַצָּלוּב
 במסמר מן הצלוב משום רפואה cum clavo de patibulo me-
 dicinæ causa, scilicet appenso. Hujusmodi
 autem clavum ait *Rambam* collo appensum
 ex quorundam sententia esse presentissimam
 medicinam contra febrim tertianam.

צָלָה Vide in צָלָא.

צָלָה *Pabel*. Ardere, splendere, cande-
 re. Levit. 13. 32.

צָלוּב Flamma: mucro, acies gladii
 flammans. Nahum 3. 3.

צָלָה Prosperari: prosperum esse.
 Psal. 45. 5. scindere, discindere,

secare, findere, diffindere. Gen. 22. 3. *Pa-
 bel* צָלָח idem. *Aphel* אֲצִלָּח prosperum ef-
 ficere. Gen. 24. 56. prosperari. Dan. 6. 29.

אֲצִלְחוּתָא Prosperitas, felicitas. Hof.
 9. 12.

צָלוּתִין Segmenta. Psal. 136. 13.

צָלוּחִיתָא, צָלוּחִית Paropsis, patina, scu-
 tella. Exod. 16. 33. lecythus, ampulla, am-
 phora. 1. Reg. 17. 12.

צלה Tinnire, palpitare. *Hinc צלה ספוחי* tinnierunt, palpitarunt.

labia mea. Habac. 3. 16.

צליה Limpidum, clarum. *Plur. fœm.*

צלילן Exod. 7. 24. *in Jonathane. Emph.*

צלולחא Gen. 1. 21. *in Jonathane.*

צצלן, Cymbalum. *Plur. צצלון*, ו

צצלון cymbala. Psal. 150. 5.

צצול Cingulum, subligaculum. *Plur.*

צצולין cingula. Num. 5. 18. *in Jonathane.*

צלם, **צלמא** Imago, statua, idolum, sculptile, simulacrum.

Gen. 1. 27. Dan. 3. 5. *Plur. צלמין, צלמין* imagines. Isa. 42. 8.

צלמן, **צלמנא**, **צלמנא** Idem.

Jud. 18. 17. *Plur. emphat. צלמנא* imagines. Gen. 31. 19.

צלה Ex *Abhel* יצלה contundet. Psal. 74. 5. יצלה percutiet. Psal.

74. 5.

צלק **צלקא**, **צולקא** Aduasio, inflammatio: cicatrix. Lev. 13.

23. *in Jonathane.*

צמא, **צמי** Abscindere, præcidere. Deut. 21. 12. *in Jonathane.*

צמד Ligare, alligare: obligare vulnus. Ezech. 34. 4. 16. *Participium*

Pebil צמיד ligatus, colligatus, copulatus. *Plur. צמירין* ligati, copulati. 1.

Reg. 19. 19.

צמח Pullulare, germinare, efflorescere, refflorescere, provenire,

oriri, exoriri. Gen. 2. 5. Lev. 13. 37. *Pabel* צמח idem. Judic. 16. 22. *Abhel* צמח pro-

ducere, germinare facere. Genes. 2. 9. Exod. 10. 5.

צמחא, **צמחא** Germen. Gen. 19. 25. *Plur. צמחין*, **צמחין** germina.

צמחוני, **צמחוני** Germinantia, pullulantia, virentia. Deut. 32. 2. *in Jonathane.*

צמח Germinatio, pullulatio. Amos 7. 1.

צמום Tegere, obtegere, operire, velare. Genes. 38.

15. *in Targum Hierosolymitano. Ithpabel* וצממ צמח & operiebat se. Genes. 24. 65.

in Targum Hierosolymitano. Talmudicis arctari, premi, angere.

צמק Arefcere, exarescere, flaccescere, exsiccari, contrahi. *Hebraice.*

Hinc in Targum Participium צמיק aridus. *Plur. צמיקין* aridi. Num. 6. 3. *in Targum Jonathanis.*

צמוקין Uvæ passæ, uvæ exsiccatae. Nahum 3. 12.

צמר **צמרמר** Tremere, palpitare, horrere, horrore concuti, *sicuti*

febri laborantes. Psal. 38. 11.

צמרתא Febris ardens. Genes. 21. 15. *in Jonathane. Item Talmudistis* calculus renum, *vel* vesicæ.

צמת, **צמחא** *Vide in* צות.

צנא, **צנא** Canistrum, corbis. *Plur. צנא*, *emphat. צנא* Deut. 26. 3. *in*

Jonathane. In Tractatu Talmudis מנגלה Megilla fol. 7. ו חגיגה Chagigà fol. 10.

hoc antiquum Proverbium, ו Adagium legitur טבא חרא פל פלחא חדיפתא ממלי קרי

צנא קרי *b. e.* Melius est unum granum

pipervis acris, quam plenum canistrum cucurbitarum. *Præstat nimirum, meliusque est modicum, idemque bonum, quam abundans, & copiosum, sed sine gustu, & nullius frugis; quemadmodum unus sapiens vir, & eximius indoctis plurimis, bardisque hominibus præferendus. Huic simile habes in Tractatu נדרים Nedarim fol. 49. Cum R. Simeon humeris suis corbem imposuisset, portansque in Scholam ei insidisset, cum aliquin terre ipsi esset insidendum, a quodam propterea objurgatus acriter objurganti respondit. Infane nescis, quid dicas. גדולה גדולה מלאכה שמכבדת את בעיולה* Præstans est opus, quod honorat dominum suum. *Quidam etiam Rabbinum irridens, qui gloriabatur, se magnam librorum copiam possidere, prorsusque ignorabat, quid iis contineretur, ad eos, qui aderant, conversus, conspiciatusque accedentem Rabbinum, sui que plenum, & cum fastu incedentem cœcinnis excepit inquit: הי צנא רמלי סופרי* En corbem plenum libris.

צנן צנָנָה, צנָנָה, צנָחָה Frigus. Job 6. 16. וְצִנְחָה וְשׁוֹרְכָה Et frigus, & æstus. Genes. 8. 22. in Targum Hierosolymitano.

צנע אֲצַנֵּע Aphel אֲצַנֵּע Statuere, deponere, reponere, collocare. Exod. 16. 34. 1. Reg. 8. 9. אֲצַמְנֵע אֲצַמְנֵע depōni, reponi, collocari, recondi. Cant. 8. 2. Exod. 16. 15. in Jonathane.

צַנִּיעַ Humilis, modestus, verecundus. Mich. 6. 8. Plur. צַנִּיעִין humiles. Prov. 11.

2. Fœm. צַנִּיעָא verecunda. Cant. 4. 8. Plur. צַנִּיעִין, צַנִּיעָה, צַנִּיעָה modestæ. Exod. 38. 8. Ruth. 4. 1.

בְּצַנְעָא In occulto, occulte, clam. Eccl. 12. v. penultimo.

צנף Volutare, circumagere, circumvolvare. *Hinc in Targum וְצַנְפִּיהָ & volutavit se volutatione, id est, volutando se avolavit. Esth. 1. 3. in Targum secundo. Usurpatur de motu avium.*

צַנְפִּיהָ, צַנְפִּיהָ, צַנְפִּיהָ idem ac כַּנְפֵּי. Alæ, oræ, extremitates. Num. 15. 38. in Targum Hierosolymitano.

מִצַּנְפֵּיהָ, מִצַּנְפֵּיהָ Cidaris, tiara: infula. *Ea Reges, & Pontifices caput tegebant. Zach. 3. 5. Plur. מִצַּנְפֵּיהָ tiaræ. Exod. 28. 4. in Jonathane, pro quo male מִצַּנְפֵּיהָ Ezech. 16. 10. Fuit apud Hebræos מִצַּנְפֵּיהָ Tiara fascia ex lino confecta, multis voluminibus contorta, & figura pileum Turcicum referens; cingendo capiti inserviebat, & redimiculo in occipitio constringebatur. Tegebatur extrinsecus subtilissimo, ac præstantissimo lino ad suturas abscondendas, mentoque duobus loris alligabatur, ne ministerii tempore laboretur. Hæc eadem Tiara alio nomine Exod. 28. v. 40. appellatur מִנְבְּעוֹת, sicuti ex Josepho, & משנה Misnâ colligitur, licet nonnulli contra sentiant, velintque alteram altera pretiosorem fuisse, majorique arte, & industria elaboratam.*

צנצנת Urna, scutella, phiala, vas testaceum. Exod. 16. 33.

In צַנְצַנְתָּא urna manna עֲמֵר Homer, seu

seu Gomor juxta Vulgatam asseruabatur ex Dei præcepto, Exod. 16. v. 32. ut perpetuo Israelitæ recordarentur, se quadraginta annorum spatio per desertum errantes singulari, ac summa Dei providentia cibo illo cælesti alitos fuisse. Ex auro hæc urna confecta erat cum duabus ansulis. Cum autem hujusmodi vas a Græcis appellari soleat ὄνος, asinus, nonnulli obreftationibus, & calumniis plus æquo Judæorum gentem insectantes contendunt, a Judeis in deserto asinum consecratum fuisse, cujus auxilio, atque ope tam diuturno annorum intervallo vitam produxerint. Risum teneatis, amici?

צַנֵּק צַנֵּקָא Nervus, vinculum, manica, compes. Jerem. 29. 26.

צַנֵּר צַנֵּרִין, צַנֵּרִין Canales, tubi, meatus. Eccles. 1. 7.

צַנֵּרִין, צַנֵּרִיקָא Fuscinae, fuscinulae. Exod. 38. 3. Num. 4. 14.

צַנֵּת צַנֵּתָר Canalis, tubus. Plur. צַנֵּתִין tubi, canales. Esth. 1. 2. in Targum secundo.

צַעַא Stillare. צַעַי רִמְסֵלִיא שְׁמַיָא Cœli stillant roribus. Hebraice יִרְעַפּוּ. Prov. 3. 20.

צַעַיָא Vide in מצע.

צַעֵק Clamare, exclamare, vociferari. Jos. 4. 7. Jos. 24. 7. Hoc Verbum raro a Chaldeis usurpatur. In Tractatu

Metzià fol. 75. שלשה צועקין ואינן נענן מי שיש לו מעות ומלוה אוחזן שלא בעדים והקונה לאדם בעצמו ומי שאשתאו מושלח עליו: b. e.

Tres sunt, qui clamant, & non exaudiuntur (quia nimirum calamitatem suam sibi met ipsi crearunt) qui habet pecunias, & eas mutuo dat sine testibus; qui sibi ipsi comparat Dominum (de hoc vide גמרא Ghemarà) & is, cui uxor dominatur.

צַעַר Affligere, dolore, mœrore afficere: cruciare. Deut. 26. 6. contumelia, ignominia afficere: maledicere. Prov. 30. 10. 11. contemnere, despiceret. Ithpabel אִצְטַעַר dolore, mœrore affici, excruciar. Job 30. 16. Eccles. 10. 9.

צַעַרָא, צַעַרָא Dolor, mœror, afflictio, anxietas, molestia, sollicitudo. Genes. 3. 16. contumelia, ignominia. Prov. 11. 2. Plur.

צַעַרִין, צַעַרִין dolores: ignominia. Prov. 6. 3. Hoc Proverbium Rabbiniis usitatissimum

לְכֹס צַעַרָא אַנְרָא Pro dolore merces. De iis usurpant, qui præmium, mercedem, vel fructum laboribus suis dignum consequuntur. Sic אִין אָדָם נַחְפֵּשׁ בְּצַעַרוֹ Non capitur homo in dolore suo, nimirum, si quisquam doloribus, & calamitatibus oppressus, & victus aliquid præter decus agat, ejus male voluntati iribui non debet, cum id vi doloris, infortuniorumque magnitudine compulsus, & coactus, non ex animo, & sponte fecisse præsumatur.

צַעַרוֹ, צַעַרוֹת Idem. Deut. 28. 57. in Jonathane.

צַפָּח צַפָּחָא Latitia, gaudium: insolentis animi petulantia. Ezech. 25. 15.

צַפֵּן, צַפֵּן, צַפֵּנָא Septemtrio, A-

quilo, plaga Septemtrionalis, Aquilonaris plaga, vel ventus. Exod. 26. 35.

צפון Tzaphûn est dictio significans reconditum, adhibeturque a Rabbinis ad significandum unum ex ritibus in cœna Paschali usurpandis. Vulgari igitur, & consueta cœna absoluta, Paterfamilias, nulla benedictione præmissa, dimidiam placentam sub mappa absconditam accipit, particulamque ex ea frangens in latus sinistrum incumbens comedit. Quod superest ex media placenta, convivis æquis partibus distribuit, qui magna reverentia dextera manu oblatam sibi partem sumentes statim in os injiciunt **זָכַר לַפֶּסַח** in memoriam Sacrificii Agni Paschalis, eamque manducant. Post hæc non licet amplius quidquam degustare, ac propterea hæc postrema comestio ab Hebræis appellatur **אַפִּיקוּמֵן** Aphikomèn, quæ si dicas Post paslum.

צפר Avis, avicula, volucris, passer. Deut. 4. 17. Plur. **צַפְרִיִּים**, **צַפְרִיִּים**, **צַפְרִיִּים** aves, volucres. Levit. 14. 4. Psal. 104. 17. Proverbium apud Rabbinos **טְבַח צַפְרִיתָא בְּפִתְחָא** Melior est avicula una in reti, quam volantes centum. Aliud simile **דָּאנָר צִינָה אַכְל צַפְרִין דָּאנָר צִינִין** Qui conducit hortum, comedet aviculas: qui conducit hortos, aves comedent ipsum. Adagium hoc ei accommodatur, qui modico fruitur, sed certo, & bono; sicuti ex uno horto bene culto fructus nascuntur, ex pluribus non cultis da-

num emergit. Ita etiam ex propinqua negotiatione mercator fructum percipit; et ex longinqua sæpe damnum in eundem derivatur, cum ipse coram negotia sua agere non possit, & institoribus uti cogatur.

צפון Unguis manuum, & pedum. Item stylus. In Tractatu **נְדָה** Niddà fol. 17. שלשה דברים אמרו בצפורנים חסיד רשע וזרקן **שורפן צדיק גנוזן רשע וזרקן** b. e. Tres res dicuntur de unguibus (videlicet segmentis unguium) sanctus comburit eos, justus sepelit eos, impius spargit eos in publicum. Ratio ibidem affertur, quia iis maleficæ ad maleficia utebantur, si invenissent. In **טובח צפון** Jomà autem fol. 9. טובח צפון של ראשונים מכריסן של אחרונים b. e. Melior fuit unguis priorum, quam venter posteriorum. Hoc dicto significare volunt Talmudistæ, primos Patres, Majoresque suos tempore Templi primi pietate, & sapientia longè præstitisse posterioribus, qui sub Templo secundo, & deinceps vixerunt, cum prioribus Templum restitutum fuerit, non ita posterioribus. Hinc natum dictum illud, quo Rabbini sæpe utuntur: **צפורנן של אבות ולא כריסן של בנים** b. e. Unguis Patrum, & non venter filiorum.

Præterea **צפון** Onyx, onycha. Aromatis species, quo olim ad suffitum sacrum conficiendum utebantur. Chaldaice dicitur **טפרא**, & Hebraice **שחלה** Onyx, unguis, unguis: Exod. 30. v. 34. Hinc illud apud Propertium. Et crocino nares myrrheus ungat onyx. Ex R. David in libro

Radicum, משנה est aroma, quod in Misnà vocatur צפון, estque læve, & lucidum, ut unguis, unde & in Targum vocatur ספרא ungula. *In Tractatu Talmudico* כריתות Cheritùt in גמרא Ghemarà recensentur rerum species ei conficiendo inservientes. פיטום הקטורת הצרי והצפון Confectio suffitus fuit refina, onyx, galbanum, myrrha.

צפר, צפרא Mane, aurora, tempus matutinum. Gen. 1. 5. עד צפרא usque ad mane. Exod. 12. 10. *Plur. emphat.* לצפריא ל' singulis matutinis. Job 7. 18.

צפריי, צפריין *Idem. Plur.* צפריין. *Preterea* צפריין, צפריי sunt Dæmones ambulantes, seu nocentes mane. Num. 6. 24. *in Jonathane.*

צפיר, צפירא Hircus. Levit. 9. 15. *Plur.* צפירין, צפירי hirci. Levit. 16. 7. *Fæm.* צפירא, צפירתא capra.

צרא Disrumpere, discindere. Esth. 4. 1. *in Targum secundo.*

צרב Niphal נצרב Hebraice. Aduri, comburi. *Hinc Chaldaice*

צרבא Aduftio, combustio. Isa. 6. 13.

צרבא, צרבא Fortitudo, robur. Obad. 9. *Apud Rabbinos* צרבא מרבנן Robur sapientum, b. e. *juxta expositionem Aruch* חזק תלמידי תלמידים. *Ab aliis explicatur* תלמיד חכם מחודר Sapiens acutus, subtilis, Magister Magistrorum; *Senex autem Sapiens dicitur* מרבנן ההוא Ipse sapiens, חזק תלמיד. *A R. Salomone dicitur* הווא ברוך הרויב Juvenis studio deditus,

acutus, solers, subtilis, ingenii subtilitate Magistris ipsis, & Doctoribus non cedens, quamvis ipse Rabbinus nondum sit constitutus. *Hinc illud apud Talmudistas* צרבא מרבנן דמי לפרצידא דתותי קלא כיון דנכיש נכיש Subtilis discipulus similis est grano sub gleba latenti, quod cum germinat, germinat; b. e. *in dies magis magisque germinando, & crescendo in altitudinem extollitur.* *Usurpatur etiam apud eisdem Talmudistas* צרבא מרבנן de senibus, qui prudentia sua, & sapientia aliis prestunt, & in rebus difficilibus, arduis, & dubiis prestant. *Apud quosdam Auctores pro* מרבנן legitur דרבנן.

צריד, צריד Aridum, siccum. *Plur.* צרידין aridi. Exod. 18. 8. *in*

Targum Jonathane. Nonnulli legunt צרידין, vel צרידין colligatæ, coadunatæ, que lectio potest confirmari ex Psal. 78. 13. ubi eadem phrasis adhibetur. הדבר הטחון העב צריד נקרא צריד sicca, arida, *quandiu nimirum in Oblationibus farinaceis cum aqua, oleo, vel re aliqua liquida, vel pingui non est commixta.* *Hinc illud in Tractatu פסחים* Pefachim fol. 20. צריד של מנחות siccum Oblationum farinacearum, ad quas nimirum שלא נגע שכ שמן oleum non pervenit, cum quo miscenda erant.

צרח, אצריח Clamare, vociferari. Prov. 28. 15. *Ex Ithpabel, & alia significacione* צרחו יצטרחו egredientur, emittentur, venient. Num.

24. 24. in Targum Onkelosi, & Jonathanis.

צָרִיחַ Arx, propugnaculum, turris munita. Jud. 9. 49.

צָרִיךְ, צָרִיחַ Opus habere, indigere. Isa. 60. 19. Num. 15. 34. in Jonathane. Ithpabel אֲצַרְרִיךְ idem. Isa. 60. 19.

צָרִיךְ, צָרִיחַ Egenus, indigens. Gen. 16. 11. Plur. צָרִיכִין, צָרִיכִיא egeni. Gen. 16. 12. Deut. 15. 11. in Targum Hierosolymitano. Fœmin. צָרִיכָא Isa. 53. 11.

צָרִיכָא, צָרִיכָא, צָרִיכָא Necessitas, indigentia. Judic. 3. 24.

צָרִיכִיתָא Idem.

צָרִיךְ Commoditas, utilitas, usus. Deut. 32. 17. Jerem. 13. 7.

צָרִיךְ Rotundus. Plur. צָרִיכִין rotundi. Gen. 29. 17. in Jonathane.

צָרַע Lepra. Psal. 101. 5. Hebraice צָרַע. Rambam, b. e. ut jam admonuimus, R. Moses ben Majemonidis in libro יך Jad part. 3. in Hilode טוּמְאַת צָרַע inquit: צָרַע est nomen, quod εἰσροῖμας dicitur, & complectitur species multas, quarum nulla similis est alteri. Nam albedo cutis vocatur צָרַע: casus pilorum quorundam capitis, aut barbæ vocatur צָרַע. Ista autem mutatio in vestibus, & ædibus, quam Lex vocat צָרַע lepram, non est res ordinaria in Mundo, sed miraculum, & portentum fuit in Israele. Plura de Lepra vide loco citato.

צָרַע Idem. Lev. 14. 17. in Targum Jonathanis. Hinc Verbum in Ithpabel אֲצַרְרִעַ leprosum fieri, lepra percuti. Num. 13. 1. in Targum Hierosolymitano.

צָרַע Leprosus. Levit. 14. 2. in Jonathane.

צָרַע, צָרַע, צָרַע Lepra. Targum pro voce Hebraica צָרַע reddere solet סְנִירוֹת, & pro צָרַע leprosus, in eodem Targum legitur סְנִיר. In Bibliis tamen Venetis leges etiam בְּצָרַעַתָא Et percutitur lepra. Psal. 101. 5. & מְצָרַע leprosus. Levit. 14. 2. in Jonathane. Ex R. Moscè ben Majemonidis in lib. יך parte 3. in הלכות צָרַע טוּמְאַת צָרַע habetur: צָרַע est nomen, quod εἰσροῖμας dicitur, & complectitur species multas, quarum nulla similis est alteri. Nam albedo cutis vocatur צָרַע: casus pilorum quorundam capitis, aut barbæ vocatur צָרַע. Mutatio coloris vestimentorum, aut ædium vocatur צָרַע: ista autem mutatio in vestibus, & ædibus, quam Lex vocat צָרַע lepram, non est res ordinaria in Mundo, sed miraculum, & portentum fuit in Israele.

צָרַח Conflare, purgare, defæcere. Jerem. 9. 7. probare, explorare, examinare: conjugere, copulare. Num. 24. 24. in Targum Hierosolymitano. Ex Ithpabel יִצְרַחֲפִין. Pabel צָרַח idem. Malach. 3. 3.

צָרַח Fusorium vas, conflatorium. Prov. 17. 3.

צָרַח Conflator, fufor, aurifaber. Genes.

nes. 36. 39. in Targum Hierosolymitano.

צירוף Conflatio, purgatio, liquefactio metalli. Item consolidatio. Metallorum **צירופן במים** consolidatio est in aquis; **צירופן בכבשן** consolidatio est in fornace. Ferrum enim ignitum molle est; aqua extinctum consolidatur, & obdurescit. Vasa fictilia, dum conficiuntur, mollia sunt; in fornacis igne consolidantur, & dura evadunt. Hujusmodi consolidatio dicitur **צירוף**, quasi associatio cum aqua, & igne. Item **צירוף** consociatio, conjunctio, combinatio, associatio: relatio apud Logicos. Hinc apud Kabbalistas **צירוף האותיות** Combinatio litterarum est, quarum aequalibus numeris, vel mutua permutatione aliquid occulte, & mystice indicatur. De hac litterarum combinatione vide librum Kabbalisticum **יצירה** De Creatione inscriptum, & alios, ex quibus Reuchlinus lib. 3. Kabbalę legentibus juxta totum Alphabetum Hebraicum eandem proposuit.

צִרְפָּת Tzorphat. Hoc nomine Sidoniorum urbs appellatur, 1. Reg. 17. 9. quę fuit Israelitarum ditioni subiecta. Ad eam ire jussus est Elias. Fuit etiam altera urbs Tzorphat, de qua mentionem facit Obadiah v. 20. Vulgo apud Hebręos **צִרְפָּת** Tzorphat vocatur Gallia, sive Francia. Hinc R. Salomon **צִרְפָּת הוא המלכות שקורין פרנצא** Tzorphat est Regnum, quod vocant Fran-

ciam. Ita apud Aben Ezra **צִרְפָּתוֹ** Gallus, Francus. Plur. **צִרְפָּתִים** Galli, Franci. Quidam litteras transferentes, iisque litteram נ inserentes quęrunt allusionem in voce Hebręa, quasi **צִרְפָּת** sit **פִּרְנָצָא** Francia. Sic **סִפְרָר** Hispania alludit ad **εσπερδα**, sive **εσπερα**, quo nomine a Grecis antiquis Hispania vocabatur.

צָרָר Ligare, colligare. 2. Reg. 5. 23. Ex Pabel Part. **מִצְרָרִין** colligati. Jos. 9. 4.

צָרָר, **צָרָא** Fasciculus, ligamen, loculus. Gen. 42. 35. Plur. **צָרָרִי**, **צָרָרִין** fasciculi. Gen. 42. 35. Prov. 7. 20. Apud Talmudistas, & Rabbinos **צָרָר** **הַמְעוֹת** marsupium pecunię.

צָרָר Hebraice Granum, lapillus. Hinc in Talmudis Tractatu **כֵּלִים** Kelim cap. 26. **צָרָר שְׁעָה** est Lapis horę, vel horologii, additque Baal Avudch: Sapientes Gentilium conficiunt coram Regibus imagines, quibus dant in manus suas viginti quatuor lapides, iisque supponunt pelvim magnam aream, & finita hora qualibet projicit imago lapidem unum in pelvim istam, cujus sonus per totam civitatem exauditur, unde cognoscunt horas. Hoc modo ante campanarum usum volunt nonnulli, horarum cognitionem ad populum pervenisse, & hujusmodi Horologiis antiquos usos fuisse.

DICTIONES EX RABBINIS.

- צאל** *Abbreviatura. Idem ac צריך* צוה Præcipere, imperare, mandare.
- צאה לומר** Necessè habes dicere: dicendum tibi est, *vel* erit. *Potest etiam pro לומר exponi לרעת* scire.
- צבע** Tingere, colorare: lavare intingendo, & immergendo. **צבע** tinctor.
- צבע** אצבעה, אצבעי digitus. אצבעי digitalis. **צבע** tinctoria, color: aspectus.
- צבר** Congregare, congerere, coacervare.
- צבור** congregatio, cœtus Ecclesiasticus, Ecclesia. **צביר** שליח צבור, minister cœtus, *vel* Synagogæ, ædituus, negotia Synagogæ curans, & cœtum convocans.
- צד** Latus. **על צד** per modum. **כצד** sicut, nempe. **על כל צד** ab omnilatera, ex omni parte. **מצד** ratione, propter, ob id, a parte. **מצדי** a parte mea, nomine meo. **עו מצד** eo ut, eo quod, propterea quod. **מצדו** ex parte ejus. **באיזה צד** quodammodo, quomodocumque. **כצד**, **כיצד** quomodo: nam, nempe. **בצד** juxta. **בצדך** juxta te. *Plur.* **צדדים** latera, modi. **משפט צדדי** propositio modalis, enunciatio modificativa, *apud Logicor.*
- צדק** Jupiter planeta, *ita dictus, quia justitiæ præest.* **צדקה** eleemosyna. **צדקניות** justæ, probæ mulieres.
- צהב** Splendere, coruscare, rutilare *ut aurum.* **מוצהבת** inauratum. **צהב** aureus color, aurum. **צהוב** fulgens, fulvum, splendens.
- צוה** Præcipere, imperare, mandare.
- צווי** præceptum. *Apud Grammaticos,* modus Imperativus. **נצטוה** præcipi, mandari. **במצות** mandato, jussu, licentia. *Usurpatur in titulis librorum.* **בר מצוה** filius præcepti, *id est,* tredecim annorum. Gen. 17. *Abèn Ezrà.* **מצוה**, **מצותא** *per Synecdochem interdum eleemosynam significat, præcipue vero in lingua Hierosolymitana.* **תן לי מצוה** Da mihi eleemosynam. *In Bemidbâr rabbà sect. 9. tamquam Proverbium legitur* **תרעה דלא פתיה למצותא פתיה לאסיה** Janua, quæ non aperta est eleemosynæ, aperta est medico.
- צור** Formare, efformare, designare, per figuras exprimere. **צויר** formari.
- צורה** forma, figura. **צויר** formatio, figura, pictura, forma, color, effigies, imaginatio. **צויר** formator, pictor, artifex figurarum. **מצויר** idem. *Item* expressus, figuratus, depictus. **כוח המצויר** facultas figurativa, imaginativa, vis formatrix, quam indidit Deus femini. **המצויר** figuratum, efformatum, pictum. **בגדים מצוירים** Vestes figuratæ, acu pictæ. **כרוכים מצוירים** Cherubini picti. *Rabbinis Philosophis in usu* **צורה האמתית** Forma vera, & legitima. **צורה מלאכותית** Forma fabrilis, *quam opifices faciunt.* **צורה טבעית** Forma naturalis. **בעל הצורה** Forma constans,

flans, formatum. צויה מינית Forma specifica.

צחח Candidum, nitidum, splendidum esse. צחות nitor, elegantia sermonis: splendor, fulgor. רבר צחות loqui nitida, elegantia verba, eleganter, nitide, disertè.

צחצח idem. למללא בצחצח ad loquendum in nitoribus, b. e. eleganter. מצחצח splendens, nitens, illustre, lucidum; מצחצחת fem. nitida, cujus oppositum מלוקלכת sordida, fœda, turpis.

צחק Ludere. צחוק, ציחוק risus: lusus. ציחוק יום dies lusus, b. e. dies festus. מצחוקת הציחוק ars lusoria. צחקו lufor. צחוק הקלפים a Rabbinis prohibitus. בית הציחוק locus lusus, in quo luditur.

צין Signare, designare. ציון signum, circumscriptio, nota, delineatio: monumentum sepulchrale, epitaphium.

צית, הצית Attendere, auscultare. ציחנית auditrice, quibuslibet sermonibus, & rumoribus aures præbens, ut mos est mulierum: auscultatrix: obediens. צית exitus, extremitas. לצית שמיא ad extremitatem Cœlorum, aut versus Cœlum.

צ" Abbreviatura. Idem ac צורה לומר Dicendum est, oportet dicere, necesse est dicere. Adhibetur præsertim ubi sermo est de corrigendis librorum erroribus, valetque idem, ac צורה לתקן necesse est corrigere, corrigendum est. 2. צריה להיות debet esse. Pro צורה dicitur etiam צריה. 3. צריה להנחה opus habet illustratione,

correctione, animadversione.

צלא Orare, precari, supplicare: invocare. צלינית oratrix, precibus jugiter incumbens. בתולה צלינית virgo jugiter orans. Apud Talmudistas in Tractatu סוטה fol. 22. בתולה צלינית ואלמנה שובבית וקטן שלא כלו לו חדשיו הרי אלו מבלי אתה עולם b. e. Virgo assidue orans, & vidua sæpius vicinas visitans, & parvulus, qui non complevit menses suos, ecce isti consenescere faciunt Mundum. Istorum enim officium suspitione non carer, sub quo Veneris aucupium latet, ac propterea dicuntur Mundum perdere. Superstitiose etiam virginitatem, ætatemque liberis procreandis maxime accommodatam Rabbinis infumere videntur.

צלב Suspendere, crucifigere. צלוב patibulum, crux.

צלובחא Anguilla. Est piscis Hebrais immundus, ac pollutus, tenuis, rotundus, oblongus, lubricitate sua apprehendere conantem eludens, ab ejusque manibus elabens, nisi prius arena, vel pulvere conspergatur. In גמרא Ghemarà scribitur צלובחא per פ. Glossa רג ושמא אנגויליא Piscis est, cujus nomen Anguilla. In עבודה זרה fol. 39.

צלח הצליח Prosperari, felicem esse. הצלחה felicitas, prosperitas. הצלחה נצחית felicitas æterna.

צלל צלול Profundum petere. צלול limpidum, clarum. יין צלול vinum clarum. צלולים מים aquæ limpidæ. Ejus opposi-

zum עכור turbidum. Proverbium apud Rabbinos צללת במים אהירים והעלית הקס בירך *b. e.* Demisit te in profundum aquarum validarum, & eduxisti testam manu tua. Utuntur de iis, qui oleum & operam perdunt in rebus inanibus, nulliusque momenti.

צריך לו עיין Abbreviatura. Idem ac צריך לז עיין Opus habet consideratione. Debet esse pro eo. Critici adhibent lectionem corrigentes.

צלת Abbreviatura. Idem ac צריך להיות צלת. Cum ו copula וצלת Et debet esse pro eo.

צמח Germinare, efflorescere, pullulare. צומח germinans, vegetabile. צמיחה germinatio: vegetatio, accretio. נפש הצומחת anima vegetabilis. צמח צמחא germen. צמחוני pustulæ. צמיחה germinatio. צמחונים virentia.

צמל Pubescere. צמל & צמל fructus turgescens. Metaphorice, virgo pubescens matura viro, omnia pubertatis signa habens. Signa autem maturitatis in puella traduntur in Tractatu Talmudis נרה Niddà fol. 4. Ex Rabbinis R. AKiba ait משיטו הררים ex quo inclinant se mammæ. R. Jose Galileus משיטו הררים quando oritur ruga sub mamma. Ben Afsai משתשחור הפטימה ex quo nigrescit circulus papillæ. R. Jose כרי שיהי בותן ירו על העוקץ והוא dum imponit manum, vel digitum papillæ (capitulum mamme,) illa subsidit, & tardat reverti. Hinc illud parabolice de puella tribus nomi-

בנה בוחל וצמל fructum grossulum, sive ficum immaturam, fructum maturefcentem, & fructum maturum. In Tractatu נרה Niddà fol. 47. Comparatur cum grossulo, antequam pubes, & ubera ei exoriantur, veluti viro immatura; cum בוחל fructu maturefcente, cum pubes, & ubera crescunt; cum צמל fructu maturo, ubi jam apta viro duo illa maturitatis signa produxit.

צמם, צמצם Constringere, premere; coarctare: succidere, præcidere.

צמת Contrahi, constringi. צומת הנירים contractio, congregatio nervorum. Ita vocantur tres nervi in animalibus supra genua, quorum unus crassus, & fortior est, cæteri tenuiores. Non procul a genu superne in osse constricti, & conjuncti sunt, sed ab osse deinde recedentes paulatim invicem separantur. Horum in maciatione a lanionibus Hebræis maxima habetur ratio. Hinc in Tractatu חולין Cholîn מצומת הנירים supra conjunctionem membrorum. נימל צומת הנירים ablata est conjunctio nervorum.

צנן Frigescere, frigesieri. צינן Frigens. ציננת aqua frigida. צנה frigus. צנן raphanus. Plur. צננות raphani.

צנוע, צנוע Verecundus, modestus. צנועה verecunda. צניעות verecundia, modestia. בצניעות verecunde, modeste. In Tractatu עירובין Erubîn fol. 100. hæc leguntur. לא נתנה תורה היינו למדן צניעות מחתול וגזל מנמלה עריות *b. e.*

וכר *b. e.* Si non fuisset data Lex, potuiffemus discere modestiam a fele, rapinam a formica, libidinem a columba, mores a gallo, qui prius blanditur, postea coit. Nimirum excrementa sua felis ab homine tegit: formica aestatis tempore visui necessaria comparat, neque socias spoliat: columba adulterium averfatur cum compari semper coeundo: gallus pennas expandit, iisque gallinae nuditatem operit. Hinc Job 35. 11. מִלִּפְנֵי מַבְהִמֹת אָרֶץ וּמַעֲוֹף הַשָּׁמַיִם. *b. e.* Qui docet nos per bestias terræ, & per volatilia Cœli sapientes nos facit. Sic autem verecundiam Rabbini solent definire מהו הצניעות Quid est verecundia? שיתבייש אדם מעצמו Ut pudorem habeat homo a seipso. מהו הצניעות Quid est verecundia? מה שלא תעשה בסתר מה שיתבייש ממנו בגלוי Ut non faciat homo in occulto, unde pudorem habeat in proptulo.

צָנַע Reponere, abscondere, collocare, asservare. בְּצִנְעָה in occulto, clam, secreto. *Ejus oppositum* בְּפִרְהָסָא palam, manifeste, publice.

צַע *Abbreviatura.* Idem ac צָרִיד עֵינָן Opus habet consideratione, consilio opus est. Aliquando fini additur ב, significatque בְּשָׂרָשׁ radicitus, ratione. *Vulgo* fundamentalmente, con fundamento.

צָעַר Dolere, mœrore angî, angustia affici, excrucuari. צַעַר angor, dolor, angustia. מְצַעֵר anxius, sollicitus, dolens. לְפִי אֲנָרָא צַעֲרָא Pro dolore mer-

ces, id est, prout quisque laborat, ita mercedem reportat.

צִפְחָ Interdum hæ litteræ superne apicibus insigniuntur, interdum vero non. Hoc vero nomine צִפְחָ Tzephath, Tzapette ab Hebreis designatur Jerusalem urbs sancta, cujus restaurationem cito fieri in precibus suis enixe a Deo petunt.

צָרַב, נְצָרַב Aduri. Hinc apud Rabbinos מְרַבֵּן צוֹרְבָא ignitabulum sapientum, robur sapientum, *b. e.* חוּזַק תַּלְמוּדֵי חֲכָמִים: subtilis, acutus discipulus, Rabbinatui proximus, sed juvenis adhuc. *R. Sal.* Psalm. 107. 32. וְתָרִי מִיְנֵיהֶוּ צוֹרְבָא מְרַבֵּן. *b. est.* Et duo ex illis sint Doctores subtilissimi. *Hujusmodi discipulus juvenis ab aliis dicitur* מַחֲוֹרֵר חָכָם תַּלְמוּדֵי חֲכָם Sapiens acutus, subtilis: Magister Magistrorum. *At senex sapiens appellatur* מְרַבֵּן הַהוּא iste sapiens, וְיָאָרְחָא דְעָסָא, & per Antonomasiam. *Ab aliis nuncupatur* בְּחֹרֵר חָרִיף Juvenis studiosus, discipulus acutus, solers, subtilis, Magistris ipsis, & Doctoribus ingenii acumine, & subtilitate non cedens, licet Rabbinatus insignia, & nomen nondum sit assecutus. *Hinc Talmudista* צוֹרְבָא מְרַבֵּן דְּמִי לְפִרְצִיָּדָא דְּחִוְתֵי קְלָא כִּיּוֹן דְּנִבִּיט נִבִּיט *b. e.* Subtilis discipulus, vel Candidatus Doctorum similis est grano sub gleba latenti, quod cum germinat, germinat, videlicet semper magis crescit, & in majorem altitudinem extollitur. *In Tractatu* תַּעֲנִיחַ Taanit fol. 4. *Ad hunc locum* צוֹרְבָא מְרַבֵּן דְּרִתַּח *b. e.*

ליה *b. e. Robustus discipulus Doctorum est, qui servidus est Legis scientia, & Legis scientia vicissim facit fervere ipsum. Animadvertendum tamen est, aliquando apud eosdem Talmudistas צורבא מרפנן usurpari etiam de senibus, qui aliis sapientia sua praesunt, eosque ad virtutem praeceptis, & consiliis suis quasi manu ducunt. Vide Tractatum Megilla fol. 28. & librum יוחשין Juchasin, Historiam Sacram, Judaicamque exhibentem fol. 101. Pro מרפנן in nonnullis locis legitur הרפנן.*

צָרָה Necessitas: indigentia. In Hebraeo semel tantum reperies, כָּכֵל־צָרָה Juxta omnem necessitatem tuam. 2. Paral. 2. 16. In Targum vero occurrit solummodo cum affixis. Plur. constr. צָרָה הַגּוֹף necessitates corporis. צָרָה הַנְּפֶשׁ necessitates animæ. Usurpatur de naturæ necessitate in excrementorum egestione. 1. Sam. 24. 4. Judic. 3. 24. Rabbini utrique naturæ necessitati, sed cum discrimine, accommodant. Nam הַצָּרָה הַקְטָנִים necessitates parvæ sunt urina;

necessitates magnæ sunt excrementum crassum. לצוּרָה עֵצְמָן ad necessitatem propriam. כָּל־צָרָה quantum necesse ipsis, quantum fatis. דְּבַר־צָרָה verba necessitatum, rerum necessariorum. לְמַאֲכָל צָרָה opus, necesse, necessarium. לְמַאֲכָל צָרָה opus habent cibo. הוּצָרָה cogi, necessitate adigi, opus habere. הוּצָרָה opus habent pecuniis. צָרָה יְדִיגָה indigentia. הוּצָרָה necesse, opus habere. לֹא יִצְטָרָה לְבִיאור non opus habet declaratione.

צָרָה Conjungere, copulare, componere, conglutinare. צִירוּהָ conjunctio, copulatio: relatio Logica. הַצְטָרְפוּת correlatio. מְצוּרָה מְצוּרָה adjunctum huic est: accedit huc. לְהָהָא adjunctum huic est: accedit huc. מְצוּרָה relatum. שֵׁם מְצוּרָה nomen conjunctum, nimirum relativum, quod etiam dicitur שֵׁם לְוָיו nomen societatis, nomen constructum, adjunctum, cognomen, agnomen. Sic מְצוּרָה מְצוּרָה dictio relativa, quæ ad aliud tendit, & cum alio confociatur, ut pater relationem habet ad filium, & cum eo quodammodo naturæ vinculo conjungitur.

INCIPIENTIA

A ק

ק In numeris valet centum, semperque est littera radicalis, atque ita fortasse appellata est, quia circulum ex parte refert.

קָא Apud Talmudicos est vox expletiva, quemadmodum apud Græcos

κα. Aliquando separatim, aliquando conjunctim ab initio dictionum usurpatur. Preterito præfigitur, sæpiusque Participio, crebroque præfixas habet litteras serviles. מוֹשׁוּם מְטָרָא קָא אֲתוּ Propter pluviam venerunt.

runt. **דָּקָא תַּפִּיס וְנָבִי** Qui capit fures. **קָאמַר דָּקָאמַר** Dicit. **דָּקָאמַר** Qui dicit. **קָאמַרִּנָּן** Dicimus. **דָּקָא מְדָקָא** Quoniam vero: ex quo quidem. **בְּדָקָא יָאוֹת** Sicut est rectum, sicut convenit.

קָב Cabus, sexta pars Sati, mensura frumentaria parva, sc. 24. ova. Satum enim continet 144. ova. Plur. **קָבִים**, & **קָבִים** Cabi. Hic numerus pluralis apud Rabbinos est usitatissimus. Multa Proverbia de Cabo apud Rabbinos circumferuntur. **קָבָא מֵאַרְעָא וְלֹא כוֹרָא** Cabus ex terra utilior est, quam Corus ex tecto. Nimirum presentia, quæque in promptu, ac præsto sunt, longe iis anteferenda, quæ laboribus, & curis paranda sunt, ut iis fruamur. Vel, longe præstat parvum lucrum in nostris regionibus, locifque proximis facile parare, quam mari se committere, & in locis longinquis periculis multis se exponere, ut divitiæ comparentur.

אָדָם רוֹצֵה בְּקָב שְׁלוֹ מִתְשַׁעֵה בְּבֵין שְׁלֵ חֲבִירוֹ Homo expetit magis Cabum proprium, quam novem Cabos proximi sui, quo innuitur, cuilibet sua esse gratiora, quam aliena. **קָב רְשׁוֹ** Cabus debitorum. De divitiis usurpatur, Cabos, vel cistas plenas litterarum censualium habentibus. **ר מִשְׁנַח ר** Doctrina R. Eliezeris filii Jacobi est Cabus, isque purus. Hoc dicto Hebræi R. Eliezerem com-

mendant, significantque, raras quidem ejus sententias Legales esse, sed solidas, & authenticas, quibus tanquam fundamentis ipsorum Jus innititur. Hinc ortum Proverbium **קָב וְנָקִי**, juxta illud, Modicum, & hoc bonum. **וְקָבָא וְקָבָא זֹוֹטָא מִיַּגְנֵדָר** Cabus major, & Cabus minor circumvolvitur, & abit in sepulchrum. Hujus vulgaris Proverbii usus in eos est, qui dolose mensuras, & pondera injusta adhibent, cum quibus postea in sepulchrum, & inferos descendunt fraudum suarum pœnas daturi. Cabus enim major est communis, & justa mensura, qua ea, quæ quis emit, metitur; Cabus vero minor mensura injusta, qua empti aliis fraudulenter vendit.

קָבְתָא Ventriculus, ingluvies. Deut. 18. 3. **קָבְתָא, קָבְתָא, קָבְתָא** Lupanar. Numer. 25. 8. in Targum Onkelosi, & Hierosolymitano. Aquæductus, fons, fonticulus. Psal. 65. 10.

קָבֵל Obscurari, obscurum esse, ca-
ligare, obtenebrescere. Joel. 2.
10. clamare, vociferari. Genes. 4. 10. Esth.
4. 1. queri, conqueri. **קָבֵל** Accipere,
excipere, recipere, suscipere. Dan. 6. 1.
audire, obedire voci, & sermoni relato.
Exod. 15. 26. clamare: obscurari. Jerem. 4.
27. Rabbini **קָבֵל** etiam conducere. **אֶבְלֵל**
Idem. **אֶבְלֵל** accipi, re-
cipi. Deut. 33. 21.

De Kabbala.

קַבָּלָה Kabbala. Est Kabbala doctrina a Majoribus tradita, & accepta. R. Salomon scriptum reliquit, Kabbalam esse מִרְבוּחֵינוּ שְׁקִיבֵלְנוּ וּמְנַהֵג מִסּוּרַת וּמְנַהֵג Traditionem, & consuetudinem, quam accepimus a Rabbinis nostris. In *Be'rachòt* fol. 62. **קַבָּלָה רְבִית** Traditio loci secreti est verecundia. *Baal Aruch* explicat קמיעתו הַכֶּסֶם צְנִיעוּתוֹ Alligamentum, amuletum, pittacium præservans eum, ne afflictiones illi detrimentum afferant, neve quid mali ipsi accidat. Guido ait, קַבָּלָה esse Pentaculum, Amuletum, quod collo gestatur, quasi diceret Receptum. Ab aliis definitur קַבָּלָה Kabbalística doctrina, scientia divinitus accepta, & ore tenus aliis tradita, quam dividunt in עֵינִיית Theoricam, & כְּעֵשִׂית Practicam, de qua Auctores multa in medium afferunt. Talmudici voce קַבָּלָה Kabbala nonnumquam utuntur ad significanda Scripta Prophetarum. Hinc in *Halicòth olàm* cap. 1. & 2. habetur. Verba Prophetarum non vocantur, nisi דְּבַרֵי קַבָּלָה verba Kabbalæ, quia קָבְלוּ acceperunt a Spiritu Sancto unamquamque Prophetiam pro ratione temporis, personarum, rerum &c. In *Exordio Psal.* 119. a R. David auctoritas Kabbalæ his verbis extollitur. Summa auctoritatis Kabbalæ in illo Talmudico comprehensa: דְּמוּ דְּבַרֵי קַבָּלָה כְּדְבַרֵי תוֹרָה דְּמוּ Verba Kabbalæ æquiparantur verbis Legis. De Kabbala, si placet, vide plura in *Disputatione huic Lexico præposita.*

קַבְלָתָא, **קַבְלָתָא** Clamor, vociferatio: questus. Exod. 22. 22. Ecclef. 7. 8. & **קַבְלָתָא**, **קַבְלָתָא** Esth. 1. 10.

קַבּוּל Acceptio, receptio, receptaculum. Num. 19. 18. in *Jonathane.*

קַבֵּל, **קַבְלָא**, **קַבְלָא**, **קַבְלָא**, **קַבְלָא** Tenebræ, obtenebratio, obscuratio, caligo. Isa. 8. 23. Job 3. 3. Joel. 2. 2. crepusculum. 1. Sam. 30. 17. *Plur.* **קַבְלִין**, **קַבְלִין** Psal. 73. 18.

מְקַבְּלֵנוּחָא Susceptio. Prov. 11. 30.

קַבֵּל, **קַבְלָא**, **קַבְלָא** Coram, ex adverso, adversus, contra. Exod. 19. 12. Judic. 19. 10. versus, ante, ad. Ruth 4. 4. propter, propterea, ob, eo quod, quandoquidem, quod

alioquin dicitur **קַבְלָא**, **קַבְלָא**, vel **קַבְלָא**, quod in *Daniele* semper conjungitur cum **דְּי**, vel **קַבְלָא דְּי** Dan. 2. 8. 10. 22. quemadmodum, sicut. Ecclef. 5. 15. *Cum Pronominibus* **לְקַבְּלָךְ** Ante te. Genef. 33. 12. **לְקַבְּלִיהָ** E regione ejus. Exod. 14. 2. **לְקַבְּלִי** Coram me. Psal. 16. 8. **לְקַבְּלֵי** Coram illis. Psal. 54. 5. **לְקַבְּלֵיכֶם** Coram vobis, in conspectu vestro. Isa. 1. 7.

קַבֵּעַ Figere, affigere, infigere, præfigere. Deut. 20. 5. 2. Sam. 18. 14. statuere, constituere. Exod. 12. 2. & 32. 1. in *Jonathane.* Cant. 5. 4. **עַת קַבֵּעַ** Tempus fixum, determinatum. Ex *Pabel Particip.* **וּמְקַבְּעִין בֵּיהּ מְרַגְלִין** Et infiti erant

rant ei uniones. Esth. 8. 15. Apud Rabbi- nos præcipue Astronomos hoc Verbum usita- tissimum est, ut קבע לו זמן Fixit, consti- tuit ipsi certum tempus. Niphal נקבע Figi, constitui, determinari. Hophal הוקבע Figi.

קביע Fixum, statutum, constitutum, erectum. Gen. 28. 12. Exod. 12. 3. Cant. 4. 9.

קובעין, & קובעין Tiara. Plur. קובעין, קובעין tiaræ. Exod. 39. 28. Ezech. 44. 18.

קבר Sepelire. Deut. 34. 6. Ithpehal אֶתְקַבֵּר, vel Ithpabel אֶתְקַבֵּר sepeliri. Genes. 35. 19. Jerem. 8. 2.

Si quis ritum sepeliendi ab Hebræis usur- patum scire desiderat, legat Majemonidem in יד יד Jad, in אבילות, & partem 2. יוחזין ערוך Sculchàn Arùch. In יוחזין

Juchasìn folio 136. a Rabbiniis traditur; Judæos, qui Pisæ in Italia sita sepeliuntur, dierum trium spatio penitus absumi, idque ideo fieri, quia in eorum cœmeterium olim terra urbis Hierusalem vasculum illatum est.

Credat Judæus apella, non ego. Quod at- tinet ad facinorosos, & scelestos homines, duo illis jussu, & decreto Senatus sepulcra erant definita, quorum alterum lapidibus obrutis, & exustis, alterum laqueo, & gla- dio occisis inserviebat. Ubi autem caro pro- fusus erat consumpta, ossa eruebantur, & in Patrum ipsorum sepulcra inferebantur. Vide Rambam in Statutis de Synedr. cap. 14. Hinc forte Josephus ab Arimathæa corpus Christi sibi concedi a Pilato petiit, ne pu- blico scelestorum hominum sepulcro mandare- tur. Matth. 27. v. 57. 58.

De Victimis.

Ex מקרא Sacris litteris colligitur, tum victimas, tum res alias vel manducatas fuisse, vel combustas, vel sepultas. Sepeliebatur itaque caro lacte condita, capilli Naziræi immundi, primogenitus asinus, bestia profana, aut fera in Atrio maciata, avis leprosi, bos lapidandus, vitula decollanda, animalia, quæ abortierant, victimæ sacratæ Altari, vel Templo reficiendo ante immolationem mortuæ. Comburebatur autem casaries Naziræi munda- ti, arborum præputium, primitiæ pollute, ferta contaminata, sacra qualibet maciata loco, vel tempore non suo, Sacrificia oblata pro delicto dubio, cum ante sparsionem san- guinis Domino innotescebat, se non esse reum, neque quidquam deliquisse. Circa comestio- nem vero victimarum locus, tempus, & personæ, quibus victimas comedere permissum, sunt consideranda. Itaque Sacrificia piacularia, salutaria publica, & pro delicto die ma- ctationis, & nocte insequenti tantummodo comedere licebat, reliqua Sacrificia die ma- ctationis, nocte, & die sequenti usque ad occasum Solis; excipe agnum Paschalem, cujus comestio tantummodo usque ad mediam noctem erat permissa. Quod vero attinet ad locum, alia in Atrio, alia extra Atrium comedebantur. Tandem aliæ victimæ comedebantur tan-

tum a Sacerdotibus, aliæ etiam ab eorum Dominis. Sic primogenitis solummodo Sacerdotibus vesci licebat; ut etiam Sacrificiis salutaribus publicis, Sacrificiis piacularibus, & pro delicto Sacerdotibus solum familie ministrantis in Atrio; armo vero, & pectore salutariorum privatorum maribus eque, ac fœminis.

קבר, **קבר**, **קברא**, **קברא** Sepulcrum. Numer. 33. 16. in Targum Hierosolymitano, & Jonathane.

19. 16. Jerem. 5. 16. Plur. **קברי**, **קבריא**, **קברי**

sepulcra. Exod. 14. 11. 2. Reg. 23. 16.

Num. 11. 35. Est etiam **קבר** apud Rabbinos

uterus muliebris, quia contingit interdum,

ut infantis sepulcrum sit, cum nimirum in

utero infans moritur. Hinc **אי אפשר**

לפתוח הקבר בלא רם Impossibile est

aperiri uterum (in partu) sine sanguine.

In **נְהַר** Niddâ fol. 21. Sic in **שבת** Sabbat

fol. 128. **כל זמן שהקבר פתוח** Quamdiu

uterus apertus est (in partu,) tunc licet sub-

ministrare necessaria ad partum in Sabbato,

sine metu violationis Sabbati: **נכתם הקבר**

Si conclusus est uterus, & obstetrix dicat, ne-

cessaria sibi esse hæc, vel illa, tunc licet submi-

nistrare, & non violatur Sabbatum; si autem

nihil dicat, tunc non debet violari Sabbatum.

קבורא, **קבורתא** Sepultura. Genes. 23.

9. **בית קבורא** locus sepulturæ, sepulcrum.

Cum aff. **ולא ידע איש ית קבורתיה** Et

non scivit ullus homo sepulcrum ejus, b.

e. Mosis. Deuter. 34. 6. **Mosis sepulcrum a**

Rabbinis inter ea recensetur, quæ volunt a

Deo ante Mundum creata fuisse. Plur.

קבורת, **קבורת** sepulturæ, sepulcra. Job 21.

32.

קבב Vide supra in **קבת**

קורקורא, **קורקור** Vertex. Deu-

קריא Bubo, avis immunda,

Levit. 11. 17. In Tractatu **ברכות**

Beracôth fol. 57. legitur: **כל מיני עופות**

יפין לחלום חוץ מן קריא וקפופא Omnes

Species avium faustæ sunt in somnio præ-

ter bubonem, & noctuam. Scribitur etiam

קריא per **ר**. Glossator Talmudis scribit,

bubonem esse avem facie feli similem, noctu-

que vociferantem.

קרה Perforare, terebrare. Job 40.

20. **הקורח כל שהוא חייב** Te-

rebrans quantumcumque (in Sabbato)

reus est violari Sabbati.

קריחתא Febris ardens. Deut. 28. 22. in

Onkeloso. **Jonathana**

קריחתא Adustio, ardor corrumpens.

Psal. 38. 9.

קדל, **קדל** Cervix. Hebraice **עורף**.

Genes. 49. 8. Exod. 32. 9.

קדם Antevertere, prævenire, an-

teire, præire. Psal. 89. 15. 1,

Sam. 29. 10. occurrere. Psal. 79. 8. **אָפְהַל**

idem. Genes. 19. 27. Aliquando

mane surgere, expedire se. Psal. 119. 147.

Genes. 26. 31. Exod. 32. 6.

קרים Oriens, plaga anterior Cæli: Eu-

rus, Subsolanus, Vulturnus, ventus, qui

flat ab Oriente. Prædicti tres venti flant ab

Oriente, sed Eurus ad Meridiem, Vultur-
nus ad Septentrionem, & Subsolanus ab O-
riente æquinoctiali. Cum autem sub Sole diu
morentur, ex eo caliditatem, & siccitatem
contrabunt, & cum ab aere temperato ve-
niant, matutino tempore ad ortum Solis ma-
xime salubres sunt. Genes. 41. 6. Habac. 1.
9. ventus urens. Exod. 10. 13. Isa. 27. 8.

קָרָם, קָרְמָא Antiquitas: æternitas:
principium. Gen. 1. 1. Plur. קָרְמִין antiqui-
tates: principia. Jud. 5. 21. *Hinc* בְּקָרְמִין
in principio. 2. Sam. 20. 18. מִלְּקָרְמִין a
principio, ab æterno: antiquitus, ante,
pridem, primum, olim. Jud. 5. 21.

קָרָם, קָרְמָא Coram, ante. Gen. 6. 11.
מִן קָרָם, מִן קָרָם a, ab, a conspectu. Gen.
27. 30. *Sequente* ד, eo quod, propterea
quod: antequam. Genes. 13. 10. מִקְרָמַת,
מִן קְרָמַת דְּנָה antehac, antea. Exod. 19. 18.
& antea. *Cum litteris servili-*
bus ab initio ק *habet Scheva simplex, ut*
וּקְרָם & ante; לְקָרָם ante.

קָרְמִי, קָרְמָא, קָרְמִי Primus, prior,
priscus, antiquus, antecedens. Levit. 2. 12.
Ex dialecto Hierosolymitana קָרְמָא, קָרְמָא,
קָרְמָא Gen. 28. 10. Exod. 40. 2. *in Jonatha-*
ne. Fæm. קָרְמִיָּה, קָרְמִיָּה prima, prior.
Hierosolymitane קָרְמִיָּה Cant. 11. Plur.
קָרְמִיָּה, קָרְמִיָּה primæ, priores.

קָרְמִיָּה Idem. Plur. constr. קָרְמִיָּה
priores. Job 18. 20.

קָרְמִיָּה Principium. בְּקָרְמִיָּה A prin-
cipio, primum, prius, antea. Genes. 11.
2. קָרְמִיָּה Idem. Genes. 33. 2.

קָרְמוֹת, קָרְמוֹת, קָרְמוֹת Occursus. E-
xod. 19. 17. *Aliquando antiquitas, princi-*
pium. Genes. 32. 2. *Opponuntur apud Tal-*
mudicos בְּקָרְמוֹתָא, & בְּאִרְתָּא Mane,
& vespere.

קָרְמוֹת, קָרְמוֹת Oriens, plaga
Orientalis: Eurus, Subsolanus, ventus ve-
hementissimus, & ferventissimus. Deuter.
32. 22. Jerem. 15. 14. principium diei, pri-
mus ortus diei. Prov. 27. 14.

קָרְמוֹת, קָרְמוֹת Antecedens, præcedens,
Priusquam, antequam, ante,
antea, antehac. הַנְּמַצְיָאִים
Antecedens omnia existentia; ante omnes
res, & creaturas, quæ existunt. *Fæ-*
min. יְדִיעָה קָרְמוֹת Scientia prima, no-
tio prima. קָרְמוֹת בְּרִיאַת עוֹלָם
Ante creationem Mundi. אֲנִילְנוּ בִּידְעָה
Quæ prima sunt apud
nos in cognitione, postrema sunt in exi-
stentia.

קָרְרָא *Ithpabel* אֲתָקְרָרָא Atrum, ni-
grum fieri. Eccles. 12. 2. *Sed*
וְאֲתָקְרָרָו & absceindebantur,
ut explicant Hebræi. Videtur mendum, pro
ut explicant Hebræi. Videtur mendum, pro
אֲתָקְרָרָו. *Ex Pebal* קָרְרוֹן obscurata sunt.
Deut. 28. 15. *in Targum Jonathanis.*

קָרְרָא Niger, ater, atratus. *Fæm.*
קָרְרִיָּה nigra. Cant. 1. 6.

קָרְרָא, קָרְרָא, קָרְרָא Olla, cacabus, le-
bes. Num. 11. 8. *Proverbium apud Rabbinos*
אֵל תִּבְשַׁל בְּקָרְרָה שְׂמִישׁל בַּה חֲבִירָד
Ne
coquas in olla, in qua coxit focius tuus.
Est præceptum de non ducenda in matrimo-
nium

nium vidua, vel repudiata. Sic רבים Plures occisi sunt olla, quam mortui fame. Significatur, plures cibi abundantia, quam fame mortuos, cum voracitatem ventris profluvium sequatur, & excrementa immodica, que venter effundit, sicuti olla aquam. Vel olla, excrementorum retentione, alvique obstructione, que olla comparatur. Per metaphoram Cranium, quia in eo tamquam in olla cerebrum collocatum est.

קָרוֹס Cedrus. Græce κέδρος. Genes. 6. 14. in Onkeloso. Quidam legunt קָרוֹס.

קִירוֹן Kidron, nomen torrentis prope Jerusalem, vallem transfluens. 1. Reg. 2. 37. Soph. 1. 11. Hoc autem nomine torrens hic

appellatus est ab opacitate, sicuti sentit D. Hieronymus Jerem. cap. 31. Alluit Hierosolymam ad Orientem, eamque separat a monte Oliveto. Eodem nomine vocatur etiam vallis, per quam fluit.

קִדֵּשׁ Pabel. Sanctificare, sacrare, consecrare. Genes. 2. 3. Deut. 32. 51. אֶבֶל קִדֵּשׁ idem. Levit. 27. 16. אֶתְקִדֵּשׁ אֶתְקִדֵּשׁ consecrari, sanctificari, sanctum esse, vel fieri. Numer. 20. 13. Ezech. 36. 23.

A Rabbiniis קִדֵּשׁ per synecdochen usurpatur de Sponsæ consecratione ad Matrimonium. Itaque significat spondere, despondere, desponsare. Solet autem Pater spondere filiam suam alii; alius despondere sibi filiam alterius.

De necessariis in Desponsatione apud Hebræos.

Multa apud Rabbinos habentur, que in desponsatione necessaria esse volunt. In Tractatu Talmudis קִדּוּשֵׁי־כֶסֶף Kiddushêin cap. 2. Vir spondet filiam suam, quando puella est, non autem quando adhuc minorennis est. Sic אָסוּר Prohibitum viro despondere sibi uxorem, antequam viderit eam. Ex שִׁלְחַן עֲרוּךְ Sulchân Arûch part. 4. num. 26. olim האשה מתקדשת בשלשה דברים בכסף או בשטר או בכיאה mulier desponsabatur tribus rebus, videlicet nummo argenteo, scripto, & coitu; postea tamen Rabbini desponsationem per coitum prohibuerunt מְשׁוּם פְּרִיזוּת propter proterviam, b. e. ad proterviam lasciviam vitandam. Qui secus agebat, flagellabatur. In קִדּוּשֵׁי־כֶסֶף fol. 5. proponitur ratio desponsationis per pecuniam: כיצד בכסף נתן לה כסף או שוה כסף ואמר לה הרי את מקודשת לי או הרי את מאורסת לי הרי את לי לאנתו הרי זו מקודשת כיצד בכסף נתן לה כסף או שוה כסף ואמר לה הרי את מקודשת לי (scilicet uxor comparatur?) Dans ei pecuniam, aut æquivalens pecuniæ, ac dicens; Ecce mihi desponsata es; aut, Ecce mihi desponsata es; aut, Ecce eris mihi in uxorem, tunc vere desponsata est. Additur ibidem. Si non dixerit expresse לי mibi, tunc non est desponsata: si dixerit, הריני ארוסיך או הריני בעליך הריני אישך הריני בעליך הריני אישך En Vir tuus sum, Maritus tuus sum, Sponsus tuus sum, tunc non est desponsata.

ta. מקודשת. *Desponsans annulo commodato, illa non est desponsata.* *Hipbil* הקדיש Sanctificare, consecrare. *Hithpabel* התקדש Desponsari. אשה התקדשי לי בדינר זה של כסף ונמצא מתקדשת *Mulier desponsata. Si quis dixerit, בְּכֶסֶף וְנִמְצָא* desponsare mihi nummo hoc argenteo, & reperitur esse aureus, illa non est desponsata: והיא מתקדשת מטומאתה & ipsa sanctificabat se ab impuritate sua, hoc est, purgabat se. In *Targum Jonathanis* דְּקָדַשׁ אֶתְתָּא Qui desponsavit sibi uxorem. Deuter. 20. 7. *Qui plura de Hebræorum desponsatione desiderat, Majemonidem adeat, parte 2. in הלכות אישות*

De Benedictionibus Cœnæ Paschali præmittendis.

קדש Kaddès, *b. e.* Sanctifica. *Hac voce utuntur Rabbini in ritibus ad Pascha celebrandum necessariis, eaque innuunt, tres benedictiones Cœnæ Paschali præmittendas esse, ex quibus Pasche solemnitatem ordiuntur. In prima benedictione vinum benedicitur, in secunda vero, & tertia populus. Has autem benedictiones stantes recitant juxta consuetudinem omnium benedictionum. Benedictione peracta, Paterfamilias sellam reclinatoriam in mensæ capite collocatam occupat, Judæis reliquis mensæ per circuitum in scamnis assidentibus. Discumbentes autem vocantur מְסַבִּים Mefabbim, quasi circumfidentes, quia accubitus isti fieri solebant subselliis ita circa mensam dispositis, ut aliquantisper ad sinistrum latus possent se inclinare pedibus ad terram demissis. Hanc autem corporis reclinacionem, utpote securitatis, ac libertatis argumentum, ideo Hebræi institutam fuisse volunt, ut in memoriam sibi revocarent, Majores suos hac nocte ab Ægyptiaca servitute liberatos fuisse, eamque propterea cum lætitia, & alacritate esse peragendam. In hac Cœna singuli Hebræi quatuor vini cyathos tenentur exhaurire, ut jam alibi diximus, primusque Paterfamilias in latus lævum incumbens manu dextera poculum attollit, reliquis convivis idem facientibus, primoque poculo exhausto, Cœna Paschalis incepta esse censetur.*

קדיש קדישא Sanctus. Exod. 12. 16. *Plur.* קדישין sancti. Ezech. 48. 11. *Emphat.* קדישין sancti. *Fœm.* קדישתא קדישתא קדישתא sancta. Isa. 57. 15. *Plur.* קדישין קדישתא sanctæ.

Rabbinis קדיש est nomen cujusdam precatio-
nis, cujus initium est יתְקַדֵּשׁ Sanctificetur,
quam in angustiis, & necessitatibus suis He-

bræi solent recitare ad petendum a Deo au-
xilium, & misericordiam.

קדוש Sanctitas, sanctimonia, sanctifi-
catio. Exod. 30. 18. Item Desponsatio. Præ-
terea per קדוש res ipsa, per quam despon-
satio fit, significatur, veluti annulus, vel
donum, quo puella desponsatur. *Plur.*
קדושים Sanctificationes: desponsationes,

spon-

Sponsalia. Hoc nomine קדושים Kidduscim inscriptus est liber Talmudicus, de Sponsalibus agens.

קדוש Sanctitas, res sacra. Levit. 19. 24. sanctus, cum de nomine Divino usurpatur. Plur. קדושים, sanctitates. Exod. 26. 33. Levit. 21. 22. Cum aff. קדושי Sancta mea. Ezech. 22. 8. קדושתך sancta tua. Deut. 12. 26. A Rabbini קדושי קדשים Sancta Sanctorum vocantur עולות Holocausta, & Sacrificia pro peccato, והחטאות & reatus, ושני כבשי שלמים, & duo agni pacificorum interdicti, sicuti etiam scribit Rambam in יד יד in קרבנות מעשה הלכות cap. 1. קדשים קלים, Sancta levia maculata in quovis Atrii loco, quibus vesci in tota urbe extra Atrium maribus omnibus promiscue tum indigenis, tum alienigenis permissum erat. Idem Majemon loco citato ait, ea fuisse פסח Pascha, מעשר Decimas, בכור Primogenitum, & קדושי קדשים שלמים של יחיד Sacrificia pacifica pro unico. Vide Talmudis Tractatum זבחים cap. 5.

קדושה, קדושה, & קדושה adjective in nomine Divino adhibetur, ut אמר קדושה בריך הוא Dicit Sanctus benedictus ille. Cantic. 1. 8. עתיד קדושה בריך הוא Futurus est sanctus benedictus ille, b. e. Deus benedictus. Isa. 50. 11. In Targum Jonathanis in Legem legitur per Abbreviativam, דעתיה דמנה Mens Dei sancti benedicti. Genes.

25. 21. Rabbini uti solent Hebraica dicendi ratione, אמר הקדוש ברוך הוא, & per Abbreviativam הקבה.

מוקדשא, מוקדש, מוקדש, מוקדשא Sanctuarium: locus sanctus. Exod. 25. 8. res sancta. Numer. 18. 29. Plur. מוקדשין, מוקדשי sanctuaria. Amos 7. 9. res sanctæ. Ezech. 21. 7.

קדושא Idem. Psal. 68. 18. sanctitas. Levit. 21. 9.

הקדש Sanctum, res sancta. 2. Reg. 23. 7. מקדשתא Meretrix, prostibulum, scortum. Genes. 38. 21.

קדשא Monile, inauris. Genes. 24. 47. Plur. קדשיא, קדשין monilia, inauris. Numer. 31. 50. Genes. 35. 4.

קהא Caligare. 1. Reg. 14. 4. obtusescere, obtusum fieri. Gen. 33. 4. in Targum Hierosolymitano. Item divellere, luxare: luxari, luxatum pendere. Gen. 32. 25. in Targum Hierosolymitano.

אקהות Stupor, hebetudo. Amos 4. 6. Aliis mundities.

קהל Hebraice. Congregare. Hinc קהלת congregans, congregatrix, sc. anima Regis Salomonis: Ecclesiastes, ut Hebraice. Eccles. 1.

קהל, קהלא, קהלה Congregatio, cætus, Ecclesia. Levit. 4. 21. Deut. 23. 1. Synagoga: ut חטאת קהלא הוא Peccatum Synagogæ est. Levit. 4. 21. Rabbini autem mentionem facientes loci, in quo quis vivit, aut vixit, non urbem, sed Ecclesiam nominant, ut בקהלה קרושה רויניציאה In Ecclesia,

ז ק

ſia, vel Synagoga Sancta Venetiarum : Ecclesia, vel Synagoga Sancta Hieroſolymitana. *Id vero animadvertendum, Hebreos ſemper Synagogas ſuas Sanctitatis titulo decorare, quod nomen utrum iſs recte conveniat, prudentibus Lectoribus iudicandum relinquo.*

קוּה קוּיז Telæ. Iſa. 59. 56. *Apud Aſtronomos קוּ הַשָּׁמַיִם* Linea Aequatoris.

מְקוּה Netum. 1. Reg. 10. 28. congregatio aquarum. *Plur. מְקוּיָא* Iſa. 22. 11.

קוּהִיז Balii, *varii coloris equi.* Zach. 1. 8. *Eſt epitheton equorum, pro שְׂרָקִים* Hebræo. *Faſentur ultro Hebræi, ſe nescire quem colorem hæc dictio proprie deſignet. In Targum Bibliorum Venetorum legitur קוּחַחִיז, in Bibliis Regiis habetur קוּחַחִיז, quæ lectio Rabbiniſ Davidi, & Salomoni probatur. Aruch vero, & Elias legunt קַחַחִיז.*

קוּטִיז Greges. Prov. 27. 23.

קוּל, **קוּלָא** Vox, fonus, fonitus; tonitru, ſtrepitus. Gen. 3.

8. Exod. 19. 19. *Plur. קוּלִיז, קוּלִיא* ſoni, tonitrua. Exod. 9. 23. & 33. *Fœm. קוּלִין* Pſal. 93. 4. *Frequentes apud Rabbinos ſunt hi dicendi modi: קוּל באשה* Erro Vox in muliere libido eſt, *b. e. libidinis cauſſa: קוּל שוק באשה* Erro Crus in muliere libido eſt. *משחמעו תרי קלי לא* Duæ voces non exaudiuntur, *b. e. eodem tempore non poſſumus audire duos loquentes. קוּלִין* הולך מסוף העולם ועד סופו והבריוח

בנותיים ואינן מרגישין ואלו הן היום והגשמים והנפש כשהיא יוצאה sunt, quorum vox vadit ab una Mundi extremitate ad alteram, & creaturæ ſunt intermediæ, nec tamen ſentiunt. Sunt autem hæc, dies, pluvia, & anima, quando exit.

קוּלָא Laqueus, rete. Amos 3. 5. *Plur. קוּלִין* laquei. Jerem. 18. 22.

קוּלִין Gluten, glutinum *ex farina, quod adhibent Bibliopegi ad compingendos libros. Italice colla, & Græce κόλλα. In Talmudis Tractatu פסחים* Pefachim cap. 3. *habetur: קוּלִין של סופרים* Gluten Librariorum. *Talmudici vetant, illud ſervari in feſto Paſchæ in edibus propter farinam, ex qua eſt confeſtum, ac propterea ab iisdem inter fermenta recenſetur. Subjicit גמרא* Ghemara. *Quare appellatur קוּלִין* gluten Librariorum? *הסופרים מרבקין בהו נירותיהם* quia Librarii eo conglutinant chartas ſuas.

קוּלִין Cellæ, cellulæ, conclavia. Genef. 6. 14. *in Jonathane.*

קוּלִיז, **קוּלִיא**, **קוּלִיז**, **קוּלִיז** Pelves, crateres. 2. Reg. 12. 13. Jerem. 52. 19.

קוּם Surgere, aſſurgere, conſurgere. Genef. 37. 7. Ruth 2. 7. Ezech. 3. 23. ſtare, conſiſtere, exiſtere, ſubſiſtere. Genef. 18. 2. inſurgere. Pſal. 92. 12. *Pabel קוּם* erigere, ſtatuere. Deut. 32. 8. Pſal. 105. 10. conſtituere, præſtare, ſtabilire, confirmare. Exod. 9. 16. 1. Sam. 15. 13. Ezech. 36. 36. vivificare, in vita conſer-

servare. Jos. 6. 25. 2. Sam. 12. 3. erigere, excitare : vovere . Numer. 30. 3. jurare, adjurare. Genes. 24. 7. Deut. 8. 18. Psal. 110. 4. Jos. 2. 20. Judic. 2. 15. *Aphel* אָקִים , אֶקִים , אִקִים , אֵקִים *juxta Hebraeos cum ה , הִקִים* idem. Psal. 78. 13. Job 16. 12. *Talmudiste sepe usurpant* אִקִי *pro* אֶקִים *vel* אִקִים . *Hinc Participium* מִקְמוֹנִין *decernimus . Ex Hophal* הִקִימַת *stare facta est . Dan. 7. 4. & cum Caseph Segol* הִקִימַת . Ibidem. *Ithpabel* אִתְקִים *stabiliri, confirmari: conservari; præstari: vivere, in vita conservari . Ezech. 33. 12. Jerem. 27. 17. 1. Reg. 1. 31.*

קוֹמָה , קוֹמָה , קוֹמָה *Statura . Ezech. 13. 18. Isa. 10. 33. Cum aff.* קוֹמַתְהוֹן *statura ipforum . Cant. 7. 8. In Talmudis Tractatu* קְרוֹשִׁים *Kidduscim fol. 31. habetur: המהלך בקומה; זקופה אפילו ד אמות כאילו ד חוק רגלי שכינה דחייב מלא כל הארץ כבודו . b. e. Quicumque ambulat statura erecta etiam dumtaxat quatuor cubitos, perinde est, ac si depelleret pedes Divinæ Majestatis, sicut scriptum est: plena est omnis terra gloria ejus . Isa. 60. 3. Solent itaque religiosiores ex Hebraeis, & magis pii capite demisso incedere, præsertim ad Synagogam euntes, & ex ea redeuntes, ne Dei gloriam super ipsos incedentem offendant.*

קָמָה , קָמָה , קָמָה *Statua . Genes. 28. 18. Plur. קָמָה , קָמָה statua . Judic. 9. 6. & קָמָה Levit. 26. 1. in Jonathane . קָמָה , קָמָה , קָמָה . Vide in קָמָה .*

קָמָה , קָמָה *Seges, in culmum erecta adhuc stans . Exod. 22. 6. Hof. 8. 7. Plur. קָמָה , קָמָה , קָמָה segetes . Judic. 15. 5. מְקָם , מְקָם Status, statio . 1. Reg. 10. 5. Jos. 4. 3.*

קָמָה , קָמָה *Statutum, decretum . Isa. 24. 5. fœdus, pactum . Genes. 9. 16. votum . Genes. 28. 20. juramentum . Numer. 30. 3. Isa. 65. 15. Plur. קָמָה , קָמָה statuta . Deuter. 4. 5. decreta . Exod. 18. 16. fœdera: vota: juramenta . Habac. 3. 9.*

קָמָה , קָמָה *fœmin. construct. קָמָה Jusjurandum, juramentum . Num. 30. 11. 13. Item stabilitas, firmitas, subsistentia .*

קָמָה *Stabilis, firmus: superstes, vivus, incolumis . Plur. קָמָה stabiles . Fœm.*

קָמָה , קָמָה *Subsistens, substantia viva . Gen. 7. 4.*

קָוָה , קָוָה *Vectis, pertica, baculus, fustis . Numer. 4. 12. & 13. 24. in Targum Hierosolymitano .*

קָוָה *Simiæ . 1. Reg. 10. 22.*

קָוָה , קָוָה *Circumactio, revolutio, circulus: Solstitium, Æquinoctium, definita Solis revolutio ad istos terminos . קָוָה , קָוָה , vel קָוָה Æquinoctium vernum: קָוָה תָּמוֹז Solstitium æstivum: קָוָה תְּשֵׁרִי Æquinoctium autumnale: קָוָה תְּבוּבָה Solstitium hyemale . In Solstitio Junii . Cantic. 1. 7. Plur. קָוָה קָוָה Solstitia, & Æquinoctia . Gen. 1. 14. in Jonathane . De קָוָה TeKupharum *ratione vide Talmudis**

dis Tractatum Eruvin fol. 56. In Targum Jonathanis in Genes. 8. 22. habetur: דרוע בתקיפת תשרי והצרא בתקיפת ניסן וקרא בתקיפת טבת והומא בתקיפת תמוז *b. e.* Semen in Æquinoctio Septembris, messis in Æquinoctio Martii, frigus in Solstitio Septembris, & æstus in Solstitio Junii.

קנין Spernere, aspernari, contemnere, averfari, rejicere, detestari, respuere, reprobare. *Isa. 8. 6. Zach. 11. 8. Hiphil ונקיצנה & tædio afficiamus eam. Esth. 1. 2.*

קוש קש, קשא, Stipula. *Exod. 15. 2.*

קטא Cucumis. *Plur. קטיא Cucumeres. Num. 11. 5. in Targum Jonathanis, & Hierosolymitano.*

קטג קטיגור, קטיגור Accusator. *Græce κατηγορος. Plur. קטיגוריא accusatores. Job 33. 23. אחד העובר עבירה אחד קטיגור קטיגור לו קונה אחת Qui transgreditur transgressionem unam, acquirit sibi accusatorem unum.*

קטיגוריא Accusatio. *In כתובות Ketuboth habetur: דור שבן דויד בא בא קטיגוריא בתלמודי חכמים b. e. Quo sculo filius Davidis veniet, veniet accusatio contra discipulos Sapientum; videlicet accusatores, & calumniatores multi adversus eos insurgent.*

קטט אַתְקוטט Rixari, contendere, litigare. *Levit. 24. 10. in Jonathane.*

קטטי. *Hinc בית קטטי Pudenda. Deut. 25. 11. in Targum Hierosolymitano.*

קטל Occidere, interficere, interimer. *Judic. 16. 30. 2. Sam. 17. 50. Pabel קטל idem. Jos. 10. 11. Judic. 7. 18. Itpebal אַתְקטל occidi, interfici. Amos 9. 1. 2. Sam. 3. 29. Esth. 9. 14.*

קטול, קטולא, קטול Occisor, interfector, homicida. *Numer. 35. 18. Job 24. 14. carnifex, satelles. Plur. קטולין, קטוליא: רב קטוליא præfectus satellitum. Gen. 37. 36.*

קטיל Occisus. *Plur. קטילין occisi. Fæm. קטילה occisa. Constr. קטילת. Gen. 31. 39. in Targum Hierosolymitano.*

קטלן Homicida. *Fæmin. קטלנית Latro-fœmina. Ita vocatur mulier, quæ tribus viris superstes remansit, quam nemo prudens amplius in matrimonium ducit, cum mali ominis esse videatur. Dicitur etiam חבלנית Virorum perditrix, ut videre licet in חבל. In שְׁלַחַן עֲרוּךְ legitur: quæ duos supervixit, non debet nubere tertio.*

קטלא, קטלא, קטל, קטל, קטל Occisio, interfectio, cædes, mors, homicidium. *Esth. 9. 17. Isa. 27. 7.*

קטול Idem. *קטילה, קטילה Idem. Constr. קטילת. Ruth 1. 17. Esth. 9. 5.*

קטילין, קטלאין, קטלן, קטלניא Ornamenta muliebria, murænulæ. *Gen. 49. 22. in Targum Jonathanis, & Hierosolymitano.*

קטלא Pallium scapulare. *Ornamentum muliebri die Sabbati mulieribus vetitum. Aliis catena, catella aurea, quæ etiam catellum*

dicitur. Erat fibula ex auro, vel argento confata, qua mulieres Hebræ utebantur ad constringendum scapulare collo. Hinc illud apud Talmudicos in Tractatu שבת Sabbat fol. 57. in Misnâ. ולא בקטלא ולא בנומים. Neque cum fibula, neque in auribus, neque annulo mulieri egredi licitum in Sabbato. Hinc etiam dicunt de muliere suspecta de adulterio in סוטה Sotâ fol. 7. אם היה עליה כלי זהב וקטליאוח. אם נזמים ושבעות מעבירים ממנה. b. e. Si fuerit apud eam mulierem instrumentum, vel ornamentum aureum, veluti catellæ, inaures, annuli, auferunt ea ab ipsa.

קטם, קטום, קטמא, Cinis. Hebraice אפר Isâ. 6. 1. Ezech. 28. 18. Isâ. 58. 5.

קטמין Cinereus. Plur. קטמינין cinerei. Zach. 6. 3.

קטן Aphel Particip. מקטניני Iritatores mei. Psal. 69. 5. Fortasse legendum מקניטי.

קטניא, vel קטניח Leguminis genus, quidquid oritur in siliquis, ut fabæ, cicer, lentes, &c. Plur. קטניין, קטניי, קטניוח Numer. 15. 19. in Targum Jonathanis.

קוטנא Cauda. Exod. 4. 4. in Targum Jonathanis, & Hierosolymitano.

קוטון, קוטונא, קוטון, קוטונא Cubiculum, conclave. Exod. 7. 28. Plur. קוטונין, קוטוניי cubicula. Prov. 7. 27. קוטוניי Prov. 24. 4. & קטוניי Psal. 103. 30. Est קוטון cubiculum, seu conclave, in quo cubatur, vel in quo sunt cubilia. Græce e-

nim κοῖτὴ cubile, ex quo κοῖτῶν. Reperitur aliquando קוטון cum Surek, sed juxta formam Græcam melius scribitur cum Gbolem. Ab Hierosolymitanis tantummodo posterioribus usurpatum fuit, responderque Hebræו קוּר.

קטספון, קטספון, קטספון קטס Nomen proprium loci. Gen. 10.

10. in Targum Jonathanis, & Hierosolymitano. Ab Historicis vocatur Ctesiphon, de quo etiam Plinius lib. 6. cap. 26. mentionem facit.

קטע Secare, cædere, amputare, abscindere, findere. Deuter. 22.

3. Psal. 74. 5. אֶתְקַטַּע אֶתְקַטַּע abscindi, excindi. Cant. 2. 11. Ecclef. 8. 13.

קטיע, קטיע Decurratus, carens aliquo membro. Numer. 11. 32. in Jonathane. Intercisus, non plenus. Plur. קטיעין intercisus, non integri. Exod. 21. 21. in Jonathane.

קטף Amputare, scindere, abscindere, decerpere, excerpere. 1.

Sam. 2. 31. Deut. 24. 21. vindemiare. Jud. 3. 27. 2. Sam. 23. 6. אֶתְקַטַּף אֶתְקַטַּף, vel אֶתְקַטַּף excindi, refecari, succidi. Jerem. 48. 25. Isâ. 46. 2. Ex Aphel Futur. יִקְטַף abscindet. Ezech. 17. 9.

קטוף, קטוף, קטוף Vindemiator. Jerem. 6. 9. Plur. קטוּפין vindemiatores. Obad. 5. & קטוּפין Jerem. 49. 9.

קטפא, קטפא Vindemia. Isâ. 24. 13. Levit. 26. 5.

קטפיה Vindemiatio, putatio, abscissio. Cant.

Cant. 2. 12. *A Rabbinis קטוף appellatur abscissio segetis, quæ manu, & falce minori fit, quæ conceditur ante tempus legitime messis; קציר autem est messis, quæ solet abscindi falce majori, & totius brachii viribus.*

II. קטף Implicare, involvere, imple-
xum reddere. *Talmudistis in usu.*

קטפירא Onus frumenti. *Videtur esse a κταφείρα, quasi onus deprimens.* Guido ex Zohar.

קטפורה *Græce κταφורה.* Plaga, ictus, percussio, allisio, impetus. *Reperitur etiam scriptum cum ס in fine.* ילקה ה קטפורם. Vapulabit quinque plagis, *b. e. מכות.*

קטפא Opopalsamum: aromatis
species excellens. *Rabbinis Genes. 37. 25. theriaca: resina.*

קטר Ligare, alligare, colligare, re-
dimire. Genes. 38. 28. Isa. 2. 18.
fumare. Gen. 22. 4. *in Jonathane.* Pabel
Particip. מקטרן דרתא atria fumigata:
alii vertunt colligata, conjuncta. Ezech.
46. 22. *Ithpehal אתקטר ligari, colligari.*
Aphel אקטר adolere, suffire, suffitum fa-

cere. Exod. 40. 27. 1. Reg. 12. 33.

קטר, קטרא Fumus, exhalatio, nebu-
la, vapor. Psal. 119. 83.

קוטרא Idem. Gen. 19. 28. *in Jonathane.*

קטרין Nodi, vincula, ligamina. Dan.
5. 12. *Constr. קטרי* Isa. 7. 18. *A Postello in*
Zohar redditur moles, massa.

קטורא, קטורתא, קטורת Suffitus.

קטרא, קטרתא Idem. Ezech. 8. 11.

קטור Fumus. *Est etiam nomen loci.* Esth.
1. 3. *in Targum secundo.*

קטרב, קטרבא Jugum, aut jugi vin-
culum, vel lignum jugo adjunctum, quo bo-
ves currum trahunt. Num. 19. 2. *in Jonathane.*

קטרנ Pabel. Accusare, deferre. Job 37.
20.

קיט, קיטא Ætas. Genes. 8. 22. Za-
char. 14. 8. *Talmudistis est vestis*
æstiva muliebris; Bartenore autem toga,
vulgo Cotta, sopravvesta.

קיס, קיסא, קיס, קיסא Li-
gnum: crux, patibulum. Deu-
ter. 21. 22. *Plur. קיסין, קיסין* ligna: pati-
bula. Genes. 22. 7. Ecclef. 10. 9. *Constr. קיסי*
Genes. 22. 6.

De Achabo, & Sedecia falsis Prophetis Rabbiorum Historia.

In Tractatu סנהדרין Sanhedrin fol. 93. תרי קיסי יבישי וחד רטיבא הוקרו יבישי
Duo ligna arida, & unum viride si fuerint, incendunt arida viride. Talmu-
diste bis verbis Proverbialiter utuntur. Sermo loco citato habetur de duobus falsis Prophetis
Achabo, & Sedecia, quorum Jeremias meminit cap. 29. v. 22. Cum igitur ex sententia He-
braeorum isti impii Prophetae pudicitiam filie Regis Sennacherib sollicitatione eripere tentassent,
dixissetque illi Achab, obsequere Sedecia, rursusque Sedecias eidem subjecisset, obsequere
Achabo, filia scelus tam fœdum aversata rem totam statim patri indicavit. Pater, ad se eos

accedere jussit, percontatusque accedentes, uter tam scelesti consilii, turpisque rei auctor fuisset, pervicaciter, temereque una voce responderunt, suasore Deo se a filia rem hujusmodi postulasse. Cum Rex reposuisset, Misaelem, Ananiam, & Azariam in consilium adhibitos flagitium adeo foedum, ac turpe ratione qualibet, utpote a Deo vetitum, graviter puniendum censuisse, fronte perfrecta se quoque Prophetas esse testati sunt, illisque rem hanc Deum non revelasse. Cum itaque iratus Rex pœnam de iis sumere vellet, illi periculum fieri petierunt, quinam ex ipsis veri essent Prophete, sibi que tertium addi rogarunt, ut par utrinque numerus existeret. Cum illorum precibus benigne Rex annuisset, Josuam Pontificem Maximum sibi adjungi postularunt, ob cujus pietatem, probitatem, atque justitiam a pœna se immunes futuros arbitrabantur. Cum igitur tres simul, nimirum Achab, Sedecias, & Josuas, in ignem conjecti fuissent cum aliis tribus Anania, Misaele, & Azaria, Achab, & Sedecias statim ab igne corvepti in cinerem redacti sunt, Josue vestibus solummodo combustis, reliquisque tribus prorsus salvis, & incolumibus. Ex quo factum, ut Zacharie 3. 2. de Josua dictum sit: Numquid non iste torris est erutus de igne? Tum Rex: Novi, te justum esse. Cur igitur in te vim aliquam ignis vestes adurendo exercuit, Ananiam vero, Misaelem, & Azariam flamma omnino non tetigit? Respondit Josuas: illi fuerunt tres, ego vero unus tantummodo. At etiam Abrahamus in ignem coniectus, Rex excepit, unus fuit, nec tamen in ipsum ignis est dominatus. Ille autem: Abrahamo nulli scelesti, & impii adjecti sunt, mihi vero duo improbi adjecti, ac propterea igni aliquid in me permissum. Hinc Proverbum natum apud Talmudistas **דְּוֹ תַרְיִן אֹרֵי יְבִישֵׁי** Duo torres aridi &c. Hodie in Talmud legitur, quod sensum non mutat, **דְּוֹ תַרְיִן קִיסֵי וְחֵד רְטִיבָה הֹקִידוּ יְבִישֵׁי לְרְטִיבָה** Duo ligna arida, & unum viride si fuerint, incendunt arida viride. Itaque lignorum aridorum, sive torrium aridorum nomine designantur homines flagitiosi, scelesti, & improbi, qui omni prorsus religionis, pietatis, & probitatis succo carent. Sæpe autem contingit, ut pauciores boni, & pii ob ipsorum flagitia, & peccata iisdem suppliciis, & pœnis mulentur, iisdemque calamitatibus premantur, impiis corpore, & anima pereuntibus, piorum, ac proborum externa tantum veste combusta, ipsorum tamen anima ad æternæ beatitudinis gaudia servata. Hinc illud: propter injustos sæpe patitur justus.

קָיִץ Æstas, fructus æstivi. Hebraice. Hinc

קָיִץ Æstiva, æstivalia. **בְּצִלְיִם הַקָּיִצִּים** Cæræ æstivæ. In **שְׁבִיעִית** cap. 5.

De Providentia Dei.

קָיִץ Collector æstivorum fructuum. **צִבִּי קָיִץ** Cervus æstivos fructus colligens. Hinc

in Tractatu קדושין Kidduscin in fine. Nemo vidit cervum metentem, vel colligentem fruges, nec tamen propterea umquam fame mortuus est. *Ex R. Simeone Filio Eleazar hæc habentur huc spectantia:* והן מוימך היה או עוף שיש להם אוטנות והן מתפרנסין שלא בצער והלא לא נבראו אלא לשמשני ואני נבראתי לשמש קוני; ומה אלו שנבראו לשמשני הן מתפרנסין שלא בצער אני שנבראתי לשמש את קוני אינו דין שאחפרנס שלא בצער אלא שהרעתי מעשי וקפחתי את פרנסתי *b. e.* Vidisti ne umquam a diebus tuis bestiam, aut volucrum, quæ opificium habuerint? & aluntur sine labore, & molestia. Illa non creata sunt, nisi ut mihi seruiant; ego creatus sum, ut seruiam Creatori meo. Quid ergo? Illa aluntur sine labore, quæ creata sunt, ut mihi seruiant; ego qui creatus sum ad seruiendum Creatori meo, nonne æquum esset, ut alerem sine dolore, & molestia, nisi opera mea corrupissem, & (*peccatis meis*) alimentis meis me spoliasset? *In Ghemarà additur.* Vidisti ne umquam **ארי סבל** Leonem bajulum, onera ferentem, **צבי קיץ** Cervum æstivos fructus colligentem? (*Glossa exponit Ficus exsiccantem.*) **שועל תנוני** Vulpem institorem, merces vendentem, **זאב מוכר קרירות** Lupum vendentem ollas? (*ut nimirum sibi alimenta pararent*) attamen aluntur sine labore. Quare autem sunt creata? Ad seruiendum mihi. Ego autem sum creatus ad seruiendum Creatori meo. **והרי הרברים קל וחומר** *b. e.* A minori itaque ad majus hinc concludo. Si illa sine labore aluntur, nonne potius ego alendus essem? Quid igitur in causa est, cur labore victum comparare cogar? Peccata mea. *Hæc, & alia hujusmodi a Rabbinis scriptis suis inserta clare ostendunt, eos ex Evangelio illa habuisse, Divineque gratie eorum menti lumen clarissime affulxisse. Audi D. Mattheum Evangelistam cap. 6. v. 26. Εμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τῆ γῆς, ὅτι οὐ σπείρουσι, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατήρ ὑμῶν ὁ ἐρᾷ τρέφει αὐτὰ. Ἐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτοῖς; Respicite volatilia Cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? His addenda multa ex Evangelista D. Luca cap. 12.*

קיק Ricinus. Jonæ 4. 6. *I-*
קיק Membrum virile. *בעל*
קיק Mentulatus.
קיר Cera. Esth. 3. 8. *in Tar-*
gum secundo.
קלא Gleba. *In Tractatu הענית Taa-*
nith legitur: צורבא מרבנן דמי

לפרצירא דחתי קלא דכין דנבט נבט
 Ingeniosus Sapientum discipulus similis est grano sub gleba latenti, quod dum germinat, germinat. *Nimirum quemadmodum granum sub terra latens in germen crescit, tenui, ac moderata pluvia irrigatum, & in dies magis magisque augetur; ita Sapientis nomen,*

virtute, & doctrina duce, ubi semel in publicum prodit, decursu temporis majus, & clarius evadit. Sic ibidem. עורבילא אשילו Pluvia tenuis etiam grano, quod est sub gleba, prodest. Pluvia enim latens granum excitat, ut foras prodeat, & germen producat, Sapientumque monita, & consilia juvenum indolem, & ingenium ignorantie tenebris involutum illustrant, & ad virtutem consequendam impellunt. In בכא קמא Bavà Kamà fol. 92. legitur: בירא דשתיח מניה לא תשרי ביה קלא In fontem, ex quo semel bibisti, ne projicito glebam, ad turbandam aquam. Significare volunt hoc Proverbio Rabbini, rem nobis semel necessariam, cujusque usus nobis utilis fuit, non esse a nobis umquam superbo, vel ingrato animo contemnendam. Itaque Praeceptores, & amici numquam despiciatui habendi, cum ab iis informati, & consiliis, vel re adjuti fuerimus. Hinc illud Dei praeceptum Deuter. 23. 7. Ne abomineris Idumæum. Frater enim tuus est. Ne abomineris Ægyptium. Nam peregrinus fuisti in terra ejus.

קלד Nomen proprium loci. Deut. 1. 7. in Jonathane. Sic

קלרהי Genes. 10. 19. pro Hebræo לשע.

קלי, קלא, קלה Urere, adurere, cremare, comburere, affate,

torrefacere. Deuter. 8. 15. 1. Sam. 31. 12. A-

phel אקלי vilipendere. Deut. 27. 16.

קלי, קלי, קליא Tostum. Jos. 5. 11. Plur. קלין tosta. 2. Sam. 17. 19. Fæm. sing. קליא combusta. 1. Sam. 30. 3.

קלי, קלי, קליא Tostum, farina facta ex frugibus, spicis in furno exsiccatis, & tostis, acmox molitis. Levit. 13. 24. Ruth 2. 14.

קליא Prester, serpens ignitus. Numer. 21. 8. Plur. קלין Num. 21. 7.

קלין, קלנא Levitas, vilitas, ignominia, probrum, opprobrium: contemptus. Genes. 34. 7. 1. Sam. 20. 30. Etiam cum Kametz ab initio קלין. Isa. 22. 18.

מקלה Ustio, adustio, combustio. Thren. 2. 10.

קוליא Species oleris, seu herbae agrestis dulcis. Juxta alios est herba, cujus combustae pulveris ad smegma conficiendum adhibetur. Ezech. 27. 17.

קלה Effundere, abjicere. Levit. 26. 20. in Targum Jonathanis.

קלה Fluxus, emanatio, eruptio, decursus. Plur. emphat. קלהי Job 24. 8.

קלה, קלהי Caulis herbae: culmus in segetibus. Plur. קלהי caules. Num. 19. 18. in Targum Jonathanis.

קלט Recipere se, confugere in aliquem locum. Num. 35. 6. in Jonathane. Raro in Targum occurrit.

מקלט Asylum, refugium.

De Urbibus Refugii.

ערי מקלט Urbes Refugii, Asyla. Iis, quae de Urbibus Asyli, seu Refugii habentur in Lexico meo Hebraico typis Seminarii Patavini edito anno 1732. pag. 341. 342. & 436. placet se-

sequentia addere ad easdem pertinentia. Loci omnes Hebraeis assignati, ut ad eos confugerent post homicidium sine voluntate patrarum, Hebraice dicuntur ערי מקלט Urbes Refugii, ita appellatae, quod illuc colligerentur, congregarenturque a Vindice sanguinis fugientes, a Verbo לקט Hebraico, litteris transpositis, colligere, congregare, quod apud Rabbinos significat excipere, & retinere. Josue autem 20. v. 9. vocantur ערי המועדה Urbes conventus, quia eo conveniebant homicide omnes involuntarii. Apud LXX. appellantur πόλεις φυγαδῶν, vel simpliciter φυγαδῆλαι. Numer. 35. 20. Jos. 20. 2. h. e. loca, in quæ ubi fontes confugerant, ab iis sine summo piaculo avelli, vel abduci non poterant. Aliqui censent, Urbes has ערי מקלט dictas esse, quod via ad eas ducentes brevissima essent. Josue 21. v. 27. omnes 48. Urbes Leviticæ vocantur in Textu Græco πόλεις ἀφωρισμέναι τοῖς φονδαῖσι. Comites autem homicide, qui eum in locum tutum deducebant, dicebantur תלמידי חכמים viri Sapientes, qui, si forte Ultor sanguinis in itinere ei occurreret, blandis verbis, & sermonibus eum ab homicida arcere tenebantur, ne violentas manus in ipsum injiceret. Porro in גמרא Ghemara fol. 10. hæc de Refugii Urbibus habentur. Ad Asyla non deligunt Castellæ, neque Urbes magnas, sed Oppida mediocria. Constituuntur eadem nonnisi locis aquosis, aut quo aqua deduci possit, nec nisi ubi sit copia rerum venalium, nec nisi populosis. Si populus earum, habitatoresque diminuuntur, novi illuc ex Sacerdotibus, Levitis, Israeliticisque cæteris deducuntur. Non veniunt ibi arma, aut venationis instrumenta ex sententia R. Nehemiæ; quod tamen Sapientes permittunt. In hoc vero consentiunt, neque retia illic expandi, neque restes fieri, ne pes Vindicis eo accessum habeat. Cæterum Summi Pontificis mors exulibus pristinam libertatem restituebat, eosdemque honores, ac dignitates, quas antea gesserant. Ita Fagius in annotationibus in Paraphrasim Chaldaicam OnKelosi Numer. cap. 35. Hinc factum volunt Rabbini, ut Summorum Pontificum marces dona sepe mitterent homicidis exulantibus, ne eorumdem mortem exoptarent, ipsorumque vota, & preces largitionibus averterent. Majemonides, & Rambam tradunt, homicidam in Asylis comorantem oblatos sibi honores potuisse recipere, dummodo ejus Urbis cives eum coegissent ad accipiendum. Liberabantur autem exules per mortem Summi Pontificis, etiamsi plane non exulassent, eorumque fugam mors ejusdem interceptisset. Querunt nonnulli, quid dicendum de iis, qui aliquem occidissent, non existente Summo Pontifice, vel de occidente Summum Pontificem, vel Summo Pontifice alium occidente, non existente ejus Vicario. Respondet Majemonides. Occisor, qui damnatus est ad exilium, neque adest Sacerdos Magnus: occidens pariter Sacerdotem Magnum, non existente Vicario; ipse quoque Pontifex, qui occidit, ubi non est Vicarius, hi omnes exulant, neque redeunt ex Asylo umquam. Paucis vero interjectis subjicit: si damnatus sit, & deprehendatur Sacerdos Magnus esse filius expul-

jectio nullo modo est objectio. Sic **לֵא**
קָשִׂיא Non est argumentum contrarium,
non obstat nobis. **קוֹשִׂיא פְּשׁוּטָה** Quæstio,
objectio simplex.

קָשׁוּת, **קָשׁוּתִים** Cucumeres. Sic appel-
lan-

lantur propter difficilem concoctionem. Vitari propterea maxime debent, ne nocent. Hinc in Tractatu עבודה Avodà fol. 11. למה נקרא שמן קשואים מפני שקשין לנופו של אדם חכרות Unde vocatur nomen ipsorum קשואים propterea quia graves sunt corpori hominis, ut gladii.

קשיו Durities, severitas, asperitas. Deut. 9. 7. בקשיו aspere. Exod. 1. 13. 14. *pro Hebræo בְּקָרָךְ.*

קשיו Idem. Job 15. 26. *Item* difficultas, gravitas.

מקשני Cucumerarium. Isa. 1. 8. *Hebraice* מְקִשָּׁה.

קשיתא Ossa, lapides dactylorum. *Proverbium tritum in יומא Jomà fol. 79. תרי קבי חד קבא דקשיתא וסריח* Duo cabi dactylorum, unus cabus in illis est ossium, & amplius. *Adebitur ad significandum, malos bonis immixtos esse, inutilia sepe sub utilibus abscondi, vitiaque sub virtutis specie latere.*

מקשה Seta, setæ porcorum. *In שבת Sabbat fol. 90. Seta in porci unam extrahens in Sabbato, peccat. Sunt autem setæ נימין קשים* pili duri, & rigidi in dorso suis.

קשה, קשת, קשוו *Vide supra in קסה.*

קשט Pabel. Ornare, adornare, præparare: exornare. *In Tractatu*

סנהדרין Sanhedrin cap. 2. fol. 19. קשט *Orna prius te ipsum, postea orna alios. Culpa enim omni vacare debet, qui aliorum crimina objurgare vult. Turpe enim est Doctori, cum*

culpa redarguit ipsum. *Ithpabel אֲתַקְשֵׁט* ornari, præparare se. Isa. 61. 10. Amos 4. 12. jaculari. Exod. 19. 13. *in Targum Hierosolymitano, ubi ט est pro ת.*

קשוט Ornatus, ornamentum, mundus muliebris. Isa. 49. 18. Jerem. 2. 32. *Plur.* תְּכֵשִׁיטִין ornamenta. *Affine est*

קשטא Veritas. *Hebraice* אֵמֶת. Genes. 24. 48. מן קשוט vere. Dan. 2. 47. בקשטא vere, revera, certe, sane, profecto. Genes. 17. 19. & 42. 21. *Pro צדק*

justitia usurpatur Jerem. 22. 13. & Hof. 2. 20. *Præterea קושטא idem est, ac קשתא* arcus. Esth. 1. 3. *in Targum secundo, & Psal. 61. 4. quo in loco ab aliis explicatur arx, turris, munitio.*

קשיתא, קשיתא, vel קשיתא Verus, verax, fidus, rectus. Psal. 31. 6. *Plur.* קשיתא mors rectorum. Numer. 23. 10. *in Jonathane.*

קשיתות, קשיתות Veritas, integritas, relicitudo. Genes. 20. 6. Deuter. 9. 5. 1. Reg. 9. 4.

קושטנינא Constantina, Constantinopolis. Numer. 24. 19. & 24. *in Jonathane.* Psal. 108. 11.

קשש Senescere, consenescere. 1. Sam. 12. 2. *Pabel קשקש* sonnum, tinnitum edere. *Pabel קיש* colligere, conquirere spicas. Num. 9. 8. *in Targum Hierosolymitano.*

קשיש, קשיש Senex, decrepitus: major natu. Job 15. 10. 1. Reg. 2. 22. *Plur.* קשישא, קשישין fenes, seniores, pres-

byteri. Job 12. 12. & 32. 6.

קְשִׁיחוֹתָ Senium, senectus. Prov. 30. 17.

קֶשׂ קֶשֶׂא Stipula.

קֶשֶׂת Jaculari, ejaculari. Aphel

קֶשֶׂת אֶקֶשֶׂת idem.

קֶשֶׁת אֶרְשָׁא Arcus vel materialis, vel

cælestis. Isa. 21. 15. Iris. Genef. 9. 14. Ezech.

1. 28. Plur. קֶשֶׁתִּים, קֶשֶׁתֵּיךָ arcus. Psal.

76. 4. & fam. קֶשֶׁתִּים, קֶשֶׁתֵּיךָ Gen. 21. 20.

Isa. 7. 24. in Jonathane, & קֶשֶׁתֵּיךָ Isa. 5. 28.

Ex forma Hebraica cum aff. וְקֶשֶׁתֵּיךָ &

arcus ipforum. Jerem. 51. 46. Judei, ubi I-

videm, sive arcum cælestem vident, tenentur

dicere: כְּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מִלֶּדָּה

הָעוֹלָם וְזִכְרֵךְ הַבְּרִית נֶאֱמָן בְּבְרִיתֵךָ וְקִיִּים

בְּמִצְוֵיךָ Benedictus sis Domine Deus no-

ster, memor fœderis, fidelis in fœdere suo,

& stabilis in fermone suo.

קֶשֶׁת Sagittarius, Arcitenens, jaculator.

Plur. קֶשֶׁתִּים, קֶשֶׁתֵּיךָ sagittarii. 2. Sam.

20. 23. Item apud Astronomos קֶשֶׁת Sagitta-

rius, signum cæleste.

קֶתֶא, קֶתֶת Platea avis, peleca-

nus: ibis: onocrotalus. De

nomine hujus avis variant Interpretes. Plur.

קֶתִין pelecani. Isa. 34. 11.

קֶתוּ קֶתוּ Urceus, lagena, calix, scy-

phus, poculum. Plur. emphat.

קֶתוּנִים urcei, lagenæ, pocula. Num. 31.

23. in Jonathane. Grecis κάλυψον poculum,

quod erat Spartanis proprium.

קֶתֶר Petra: rupes. Plur. constr. בְּקֶתֶרֵי

in petris. Proverb. 30. 26.

קֶתָרוֹס Cithara: tympanum. Dan. 3. 5.

Isa. 5. 12. In Bibliis Venetis prave scriptum

est קֶתָרוֹס. Plur. קֶתָרוֹסִים citharæ. Ec-

clef. 2. 8.

קֶתֶת, קֶתֶא, קֶתֶת Manubrium, ca-

pulus. Deut. 19. 5. in Jonathane. Plur. קֶתֶתִים

Manubria, capuli.

Apud Rabbinos קֶתֶת דְּנֶרְנָא Manubrium

asciæ: קֶתֶת דְּמַגְלָא Manubrium falcis:

קֶתֶת דְּבוּרְטָא Manubrium lanceæ, סִכִּינָא

בְּתֵר קֶתֶת Culter post capulum.

DICTIONES EX RABBINIS.

ק Abbreviatura. Idem ac קרי Legitur.

Adhibetur in margine librorum, & a

Masorethibus ad lectionis varietatem indican-

dam. 2. קָמָא Primum. 3. קָשָׂא Durum,

difficile: objectio difficilis.

קָ Apud Talmudicos est dictio expletiva.

Tum conjunctim, tum separatim ante voces

adhibetur. Sæpe redundat; sæpe etiam reddi

potest, quidem: דְּקָא quoniam: מִדְּקָא quo-

niam vero, ex quo quidem: קָאָמֵר dicit:

קָאָמֵר דְּקָאָמֵר qui dicit: קָאָמֵרֵינוּ dicimus. קָאָמֵר

יָאוֹת Sicut convenit, sicut rectum est.

קָאָמֵר Abbreviatura. Idem ac קָאָמֵר

מֵאֵי קָאָל וּמֵאֵי קָאָ Dicens est ipsi.

קָאָל מֵהֵרֵךְ לֵיהֵ Quid dixit ipsi, & quid respon-

dit ipsi? Talmudistis in usu.

קָאָמֵר Vide infra in קָאָמֵר.

ב ק

קבא Alea, tessera, ludus tesserae. Graeco κωπέα, vel κωπος. **שׁוֹחֵק** ludit aleis. **קִבְיֹאָטוֹס** aleator. *Qui aleis ludit, in Jure Talmudico ad judicandum ineptus censetur, juxta illud, פְּסוּל לְדוֹן וּלְהַעִיר* ineptus est ad judicandum, & testimonium dicendum. *Alii ex Rabbini omnino veritum esse aleae ludum contendunt, alii conditionem adjiciunt. In Tractatu סנהדרין Sanhedrin fol. 24. R. Jehuda conditionem addit שאין לו אומנות* si non sit ipsi opificium aliud, nisi illud. *Tunc enim vitio aleae ludus vertendus est, qui alioquin ad fallendum tempus aliquando permittitur. Alii prohibitum esse volunt, quod rapinae species quaedam sit. Nec falluntur. Hinc Majemon parte quarta, in Tractatu גזילה De Rapina scriptum reliquit: Ludens aleis בקוביא הרי זה גולן* raptor est. *In Tractatu etiam Talmudis שבח cap. 23. in משנה Misna lucrum, quod ex aleis percipitur, גָּזֵל Rapina appellatur. Audi מפים אדם עם בניו ועם בני ביתו. על השלחן ובלבד שלא יתכוון לעשות מנה גדולה מן קטנה משום קוביא: Sortiri potest homo (in Sabbato) cum liberis, & domesticis suis in mensa, modo ne cupiat ex portione parva facere portionem magnam, propter κωπέα, h. e. quia id pro lusu aleae, ac proinde pro rapina haberetur.*

קִבְיֹאָטוֹס Aleator. *Videtur deductum ex Graeco κωπατής. Apud alios est משחק בקוביא ludens alea; apud alios גִּבְיֹאָטוֹס נִפְשׁוֹת furans*

animas; hoc est, alios corrumpens, & seducens alearum ludo; apud alios plagarius, personarum praedo.

קְרוֹשׁ פְּרוּךְ *Idem ac קבא* Sanctus benedictus ille. *Ira Deus vulgo apud Rabbinos, & in libro זוהר Zohar appellatur. Rabbini tamen ei solent praepone-re litteram ה, scribuntque הקבה. Idem nomen plerumque Chaldaice, & Talmudice pronunciat per קורשא פרוך הוא.*

קִדְשֵׁנוּ בְּמִצְוֹתָיו *Idem ac קבו* Sanctificavit nos praecipis suis, & praecipit nobis. *Ejus usus in Libris תפלות Precum.*

קָבַל Accipere, recipere, suscipere. **קַבְּלָה** acceptio: Cabbala, Doctrina a majoribus tradita, & accepta. Theologia mystica, doctrina ore tradita, & de divino auditu accepta, ut vocant, & arcanis, ac mysteriis Legis divinae. *Vide de ea Disputationem huic Lexico praemissam.* **מְקַבֵּל** Cabbalizatus, per Cabbalam edoctus. *Item gratus, acceptus, ut נביא מקבל* Propheta acceptus. *מקובלני per Cabbalam edoctus sum, vel accepi. Cabbalae duae sunt partes, עיונית speculativa, & מעשית practica. קבול* acceptio, receptio. **קַבְּלָן** Cabbalista: receptor alicujus rei. **קבלה דיסורין** Traditio, vel doctrina afflictionum est silentium, & petitio misericordiae. *Hec est hujus loci sententia. A majoribus nostris didicimus, afflictiones patienti animo ferendas esse, & in calamitatibus Dei misericordiam esse implorandam.*

Cabbalæ summa auctoritas semper apud Hebraeos fuit, ut colligitur ex libro ראש השנה fol. 19. ubi legitur: רברי קבלה כרברי דמו Verba Cabbalæ æquiparantur verbis Legis.

קבר, קברא, קברא Sepulcrum, sepultura. *Plur. קברין* sepulcra.

קבע לו Figere, affigere, formare. *קבע עת קבוע* statuit ipsi certum tempus. *קבע זמן* tempus fixum, & determinatum.

קביעה Dies, terminus statutus, fixio. *יהא בין קביעות* stabilitas, fixio. *קבע קביעות* erunt inter fixationem unam, & alteram sex dies.

קבץ Colligere, congregare. *קבץ קבץ* colligi. *Hoc verbum adhibetur a Grammaticis ad significandam phrasim, in numerum pluralem deduci, sive formari. שם מקובץ* nomen plurale, sicuti *שם נמרץ* nomen numeri singularis. *קבוצין* collectio; numerus pluralis; additio Arithmetica. *קבוצין* collector, eleemosynam colligens, mendicus.

קברניטא, קברניטא Gubernaculum, clavus navis: gubernator. *Hinc אוי אבינא* Væ navi, cuius gubernaculum periit, vel gubernator. *Proverbium de iis, qui capite, ac principe privantur. Eo enim pereunte, perturbationes, & mutationes magnæ solent ingruere.*

Ex *קברא* Sacris litteris colligitur, tum victimas, tum res alias vel manducatas fuisse, vel combustas, vel sepultas. *Sepeliebatur itaque caro lacte condita, capilli Naziræi immundi, primogenitus asinus, bestia profana, aut fera in*

Atrio mactatæ, avis leprosi, bos lapidandus, vitula decollanda, animalia, quæ abortierant, victima sacratæ למזבח Altari, vel Templo reficiendo, ante immolationem mortua. Comburebatur autem casarius Naziræi mundati, arborum præputium, primitiæ polluta, festa contaminata, sacra quælibet mactata loco, vel tempore non suo, Sacrificia oblata pro delicto dubio, cum ante sparsionem sanguinis domino innotescebat, se non esse reum, neque quidquam deliquisse. Circa comestionem vero victimarum locus, tempus, & personæ, quibus victimas comedere permissum, sunt consideranda. Itaque Sacrificia piacularia, salutaria publica, & pro delicto die mactationis, & nocte insequenti tantummodo comedere licebat, reliqua Sacrificia die mactationis, nocte, & die sequenti usque ad occasum Solis; excipe agnum Paschalem, cuius comestio tantummodo usque ad mediam noctem erat permissa. Quod vero attinet ad locum, aliæ in Atrio, aliæ extra Atrium comedebantur. Tandem aliæ victimæ comedebantur solum a Sacerdotibus, aliæ etiam ab earum dominis. Sic primogenitis tantummodo Sacerdotibus vesci licebat, ut etiam Sacrificiis salutaribus publicis, Sacrificiis piacularibus, & pro delicto Sacerdotibus solum familiæ ministrantis in Atrio; armo vero, & pectore salutarium privatorum maribus æque, ac fœminis.

קבר Rabbini est etiam uterus mulieris. *Accidit enim aliquando, ut sit infantis sepulcrum, cum in utero moritur. Hinc illud in כל זמן שהקבר fol. 128. in שבת* *Quam-*

פתח Quamdiu uterus apertus est, *vide-*
licet in partu, sine metu violationis Sabbati
licet administrare necessaria ad partum die
Sabbati; at נסחם הקבר אם si conclu-
sus est uterus, & *obstetrix dicat, necessaria*
sibi esse hac, vel illa, licet ea suggerere, nec
violatur Sabbatum; si autem nihil dicat, pe-
nitus violatur Sabbatum.

בַּת קְבֻרָיִים Filia sepulcrorum. Nomen
avis in sepulcris plerumque, ac cœmeteriis ni-
dum habentis. Fertur se ornare alienis plu-
mis, sicuti graculus, & cornicula.

קְבֻרָיִים Cœmeterium, sepulcrorum locus:
sepulcrum. Videtur esse corruptum ex Græco
κοιμητήριον cœmeterium. Hinc illud: **בְּקְבֻרָיִים**
שֵׁל מְלָכִים הָיָה קְבוּר In sepulcro Regum
fuit sepultus.

קָרַח Flagrare, conflagrare, accendi, in-
flammari: accendere. **הַקְרִייתָ** In-

flammare, exacerbare: corrumpere cibum
nimium saliendo, aut condiendo. In **סנהדרין**
Sanhedrîn fol. 103. *proverbialiter de eo usur-*
patur, qui mores suos corrumpit, & ma-
culam famæ suæ inurit. Verba enim illa
Psalmi 91. 10. וְנִנְעָ לֹא יִקְרַב בְּאַהֲלָךְ Et
plaga non appropinquabit tabernaculo tuo,
ibidem exponuntur; אוּ שְׁלֹא יִהְיֶה לְךָ בֶן אוּ
שְׁלֹא תִלְמִיד שְׁמִקְרִיחַ חֲבֵשִׁילוֹ בְּרִבִּים h. e. Ut
non sit tibi filius, aut discipulus, qui ni-
mium saliat, vel saliendo corrumpat edu-
cium suum publice. Nimirum qui a re-
cto vivendi tramite deflectat, degener e-
vadat, sanam doctrinam corrumpat, &
ad Heresim, vel Idololatriam desciscens
eam palam disseminet, procaciterque defendat.

קְהֵלָה גְּדוֹלָה קַנָּה Abbreviatura. Idem ac
Synagoga magna.

De Synagogis.

Synagoge inter loca sacra numerandæ, a Philone *ἱεροὶ τόποι*, ab aliis *προσῆλαι*, & *ἱερά*,
ab Hebræis vulgo **בתי כנסיות** nuncupantur. Cum autem Scholæ proximæ Synagogis plerum-
que essent, factum est, ut utrumque nomen sine discrimine utrisque tributum fuerit, & in
Talmude voces **בית הכנסת**, & **בית מדרש** de uno, eodemque loco usurpentur. Tanta au-
tem antiquis temporibus earum Sanctitas apud Hebræos fuit, tantaque reverentia iis semper
præstita, ut, licet funditus deletæ, & everse fuerint, retia extendere, lugere, via compen-
dium per locum, ubi erant sitæ, facere, summum nefas Judæi putaverint. De Synagogarum
origine non constat, neque convenit inter Auctores, aliis primorum Patriarcharum tempore, a-
liis post reditum Judæorum e captivitate Babylonica eas fuisse in usu arbitrantibus. In re in-
certa id certum, a temporibus antiquis earum originem trahendam esse, cum Mosaicum codi-
cem *ἐκ γενεῶν ἀρχαίων* a generationibus vetustis Act. 15. 21. in Synagogis populo prælectum
fuisse claris, & apertis verbis legamus. *Μουσῆς ἐκ γενεῶν ἀρχαίων ἔτι πολλοὶ κηρύσσοντες αὐτῶν*

ἔχει, ἐν ταῖς Συναγωγαῖς καὶ πᾶσι Σάββατον ἀναγινωσκόμενος. Moyses a temporibus antiquis haber in singulis Civitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omne Sabbatum legitur.

קדם Antevertere, præponere, præcedere, præmittere, prævenire: ante aliquid dicere, scribere, aut facere. **הקדמה** præfatio, prologus, proœmium: propositio. **קדמה גדולה** propositio major, & **קדמה קטנה** minor. *Item קדמות* principia apud Physicos. *Hinc בעלי הקדמות* Auctores principiorum. *h.e.* Physici. *Certa enim principia natura præsupponunt, usque nituntur.* *Item קדמות* præcognita, rudimenta. **קדם**, **קודם** לכן, **קודם** זה, **קודם** זה, **קודם** זה, ante, antequam, priusquam. **מין קדם** a, ab. **מין קדם** ד. **מין קדם** quod. **קדם**, **קדימה**, **קדמות** principium, prioritas, antiquitas, æternitas. *Apud Talmudicos opponuntur באורחא* mane, & *באורחא* vespere. *קדמות* de Deo est æternitas, cum ipsum nihil antecesserit, sed ipse ante omnia fuerit æternus, & immutabilis. **קדמוני**, **קדמון** prior, pristinus, antiquus: Oriens. *De Deo usurpatum קדמון* æternus. **מוקדם** præventus, anticipatus, anticipans. **מוקדם ויאוחר** hysteron proteron. **על ידו מוקדם** per manus prioris, primum occurrentis, per primum.

קדר Obscurari, tenebris obduci, atrum, nigrum fieri. **נקדר**, **נתקדר** Eclipsim, defectum luminis pati, deficere. **קדור**, **קדרות** Eclipsis, Solis, vel Lune, defectus, obtenebratio, obscuratio.

קדוש קדש Sanctificatio. **קדושה** Sancti-

tas. **קדושים** Sponsalia sacra ob matrimonium, de quibus liber Talmudicus integer extat.

קדש Rabbis est Sponsam ad connubium consecrare, despondere, spondere. **קדש** *Hiphil* sanctificare, consecrare. **קדש** *Hithpabel* desponsari. **אשה מתקדשת** mulier desponsata.

קודש, **קודש**, **קודשא** Sanctitas, res sancta, & sacris usibus consecrata. Exod. 28. 36. Levit. 19. 24. Ezech. 42. 14. **קדש** **קדש** adytum. Exod. 26. 33. **קדש** **קדש** Sanctitas Sanctitatum in Sacris litteris modo designatur locus Templi sacratissimus, ubi erat Arca; modo Altare; modo Panes propositionis, modo Holocausta, & Sacrificia a solis Sacerdotibus comedenda; modo Templi vasa; modo denique **בגדי הכהנים** Sacerdotum vestes intelliguntur. *Plur. cum Kametz præter analogiam קדשים* Sanctitates. Exod. 30. 1. & *קדשים* 2. Paral. 35. 13. & *קדשים* Nehem. 10. 34.

Ex Sacrificiis alia dicebantur קדשים קדשים Sanctissima; *alia קדשים קלים* minus sancta, sancta levia nuncupabantur. *Sacrificia salutaria publica, Sacrificia pro delicto, & Sacrificia piacularia erant קדשי קדשים* Sanctissima, *reliqua autem Sacrificia קדשים קלים* minus Sancta. *Sacerdotum*

rum erant עורות pelles victimarum oblatarum in Sacrificium sanctissimum tum publicum, tum privatum, si excipias victimas, quæ etiam cum עור pelle igne erant consumendæ; in Sacrificiis autem קרשים קרשים minus sanctis pelles victimarum offerentibus dominis restituebantur. קרשים קרשים Sanctissimis soli Sacerdotes in loco sancto vescantur; קרשים קרשים minus sanctis etiam domini in urbe Hierosolyma præter Sacrificia primogenitorum animantium, quæ a solis Sacerdotibus comedebantur.

קָהָה Aggregare, congregare. קָהָה קָהָה aggregatio, congregatio.

קְהָלָא Congregatio, cœtus, Ecclesia, Synagoga, quæ dicitur etiam קְהָלָא קְהָלָא. Hinc Ecclesia sancta Hierosolymitana. Appellatur etiam Synagoga ab Hebræis קְהָלָא קְהָלָא, præcipue in Talmude Hierosolymitano.

קו Abbreviatura. Idem ac קו וְהוּמָר Leve, & grave. Argumentantes a minori ad majus, vel a majore ad minus hujusmodi dicendi ratione Hebræi utuntur, ut אִם הַקְּבָה אִם הַקְּבָה מִצְטַעַר עַל דָּמֵן שֶׁל רֶשָׁעִים קו דָּמֵן מִצְטַעַר עַל דָּמֵן שֶׁל צְדִיקִים h. e. Si Deus dolet ob sanguinem improborum, videlicet immerito effusum, quanto magis ob sanguinem iustorum?

קו Venam secare: sanguinem ex vena emittere. הַקוּ הַקוּ venæ sectio. סִבִּין הַהַקוּ phlebotomum scalpellum. קוֹאֵי venæ sector, דָּם. Græce φλεβοτόμος. Multa ad venæ sectionem pertinen-

tia passim in Talmude habentur. דָּם דָּם לא יאכל לא חלב ולא גבינה לא ביצים Qui secuit venam, non comedat lac, caseum, ova, ficus immaturas &c. Sic דָּם דָּם לא ראכיל דגים Qui secuit venam, non comedet pisces. פֶּטֶר R. Acha cum ingrederetur דָּם דָּם ad secandam venam consuevisse dicere: יִרְמִי אלהי שיהא עסק זה לרפואה ותרפאני h. e. Sit voluntas coram te Domine Deus mi, ut negotium hoc mihi cedat in sanitatem, & sanes me. Nam Deus sanans es, & curatio tua est veritas. In בכורות Becordth

autem fol. 33. habetur: דָּם דָּם בכור שאחזו דָּם דָּם אפילו מת אין מקויון לו דָּם דָּם si corripuerit sanguis (h. e. fluxus, vel copia sanguinis) ad mortem usque, non emittunt ipsi sanguinem, nimirum ad sistendum fluxum. Alii Rabbini dixerunt, יִקוּ venam secabit, modo non faciat in eo מוֹם מוֹם vitium, quo profanetur.

קוֹלֵי Vox. קוֹלֵי קוֹלֵי קוֹלֵי res vocalis, sonorus. קוֹלֵי קוֹלֵי res vocales, quæ in voce consistunt. קוֹלֵי קוֹלֵי strepera mulier. קוֹלֵי קוֹלֵי ranæ, ita dicitur a clamore.

קוֹמָה Surgere, stare. קוֹמָה קוֹמָה statura, altitudo. קוֹמָה קוֹמָה statio, subsistentia, consistentia. קוֹמָה קוֹמָה stabilis. קוֹמָה קוֹמָה persistere, subsistere, stabiliri, confirmari. קוֹמָה קוֹמָה probatio nobis est. קוֹמָה קוֹמָה locus: Deus, quia ubique locorum præsens est, omnifera locus plenus est gloria ejus. קוֹמָה קוֹמָה localis.

Bbb

lis.



His. תְּקוּמָה resurrectio mortuorum in die
Judicii. הַרְשָׁעִים לֹא תִהְיֶה לָהֶם תְּקוּמָה.
Impiis non erit resurrectio, *nimirum ad vitam*
eternam, quæ proprie a Rabbinis vocatur תְּחִיָּה
revivificatio, revocatio in vitam salutis æ-
ternæ; *At improbi in gshennam descendant*
eternum inter cruciatus, & tormenta victuri.

Apud Rabbinos, & Talmudicos בֵּינָן דְּקָם
Posteaquam ita stat, flet, *b. e. cum*
ita se res habeat, esto, facta nequeunt infecta
reddi. אֲדוּלְהוּ קָאֵי Ad omnia stat, *b. e.*
ad omnia refertur. *Adhibetur ad significan-*
dum, unum verbum ad plures voces referri.

תַּנָּא אֲקָרָא קָאֵי Tannà, sive Doctor ad
Scripturam, vel Verbum istum substitit.

תַּנָּא אֵיכָא קָאֵי Doctor ubinam substitit
docendo? כְּדָקָא קָאֵי Sicut stat, sic stat.

Nimirum res meæ ita se habent. Usurpatur
קָאֵי per Apocopam pro קָאֵים, vel קָאֵים
ex dialecto Talmudica.

Talmudici in Conjugatione אַבְּלֵי pro
הוּקֵים, vel הוּקֵים dicunt per Apocopam
אֲוִקֵי. Hinc Participium מוֹקְמִינָן Constitui-
mus, ordinamus, decernimus. *Interdum u-*
surpatur אֲוִקֵי intransitive pro קָאֵי subsiste-
re, desistere; *ut רב אשי אוקי אשלשה*
Raf Assè substitit (*in concionando*)
ad tres Reges, sive trium Regum histo-
riam.

קָמָא, קָמָא Jusjurandum, juramentum.

קוֹמָא Comes, *nomen dignitatis, & prin-*
cipatus. In Tractatu עוֹ אַוּוֹדָא זָרָא fol. 11.

סָסֵר דּוּקְסָא לְאַנְמוֹנָא אֲנְמוֹנָא לְקוֹמָא
Tradidit Dux Episcopo, Episcopus Comiti.

מָקוֹם Locus, *ita dictus, quia in eo o-*
mnia consistunt. In תַּעֲנִית Taanith legitur:

אֵין הַמָּקוֹם מַכְבֵּר לְיוֹשְׁבוֹ אֶלֶּא הַיּוֹשֵׁב
אֵין מַכְבֵּר אֶת מָקוֹמוֹ *b. e.* Non locus honorat
fessorem suum, sed fessor honorat locum
suum, *juxta illud allatum in libro Musar*
cap. 24. fol. 136. לֹא מָקוֹמוֹ שֶׁל אָדָם

מַכְבְּרוֹ אֶלֶּא הוּא מַכְבֵּר אֶת מָקוֹמוֹ
Non locus hominis honorat ipsum, sed
ipse honorat locum suum. *At Scribe, &*

פְּהַרְשֵׁיִי כְּתוּבָא כְּתוּבָא כְּתוּבָא
Pbarisei contra arbitrabantur, se honorari lo-
co primi confessus, *ut colligitur ex Marci 12.*

v. 38. & 39. βλέπετε ἀπὸ τοῦ Γραμματέως
τοῦ θελούντων ἐν τοιαύτῃ περιπατεῖν, καὶ ἀσπασ-
μὸς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς
συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν ταῖς δεσποῖς.

Cavete a Scribis, qui volunt in stolis am-
bulare, & salutari in foro, & in primis
cathedris sedere in Synagogis, & primos
discubitus in cænis.

מָקוֹם etiam Rabbini est Deus. R. Abèn
Ezrà Esh. 1. in principio rationem reddit,
cur ita Deus a Rabbini appellatus sit.

קְדַמְנִינוּ זֶל קְרָאוּהוּ מָקוֹם כַּעֲבוּד שְׁבַל
קְדַמְנִינוּ זֶל קְרָאוּהוּ מָקוֹם כַּעֲבוּד שְׁבַל

מָקוֹם מְלֵא כְבוֹדוֹ *b. e.* Prisci nostri Rab-
bini felicitis memoriz vocaverunt eum

(Deum) מָקוֹם, quia omnis מָקוֹם locus
plenus est gloria ejus. *Additur etiam alia*

ratio: שְׁבַל מָקוֹם שְׁדִיקִים עוֹמְדִים
שְׁבַל מָקוֹם שְׁדִיקִים עוֹמְדִים quia in omni lo-
co, in quo stant iusti, illic ipse cum eis

est. *Hinc Seneca de Beneficiis lib. 4. cap. 8.*

de Deo ait. Quocumque te flexeris, ibi il-
lum videbis occurrentem tibi: nihil ab il-

lo vacat: opus suum ipse implet. *Quæ videtur mutuatus a D. Paulo Act. Apost. 17. 28. Εἰν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινεῖμεθα, καὶ ἐσμεν.* In ipso vivimus, & movemur, & sumus. *Placet etiam addere Cabbalistarum opinionem, qui per numeros nominum significationem solent elicere. Ideo igitur Cabbalisticæ censent, מְקוֹם Deum significare, quia numerorum ratione habita idem omnino valet nomen Dei Tetragrammaton יהוה Adonai, ac מְקוֹם MaKôm. Audi. Vox מְקוֹם MaKôm continet numerum 186. Vox item יהוה Adonai 186. complebitur, si qualibet littera toties numerum multiplicet, quot unitates continet. Littera י Jod ex se 10. significat; si decies decem multiplices, erunt 100. Littera ה He valet quinque: multiplica quinquies quinque, erunt 25. Littera ו valet sex: sexies sex sunt 36. denique littera ה rursus multiplicata efficit 25. Conjunge singula inter se, habebisque numerum 186. quem utrumque nomen complebitur. Ex hoc pari numero Cabbalisticæ eandem significationem eruunt. O quantum est in rebus inane!*

Rabbini præterea honestatis gratia vocibus מְקוֹם אֵרוֹן locus ille designant pudenda, ac præcipue muliebria. Hinc in גִּטִּין Gittin fol. 6. כַּנְגֵר אוֹתוֹ מְקוֹם לְאִשָּׁה Pilos invenit in illo loco, h. e. in Cunno. R. Salomon Exod. 35. 22. כַּנְגֵר אוֹתוֹ מְקוֹם לְאִשָּׁה Versus illum locum in muliere. כָּל הַנוֹנֵעַ בְּאֶצְבַּע קַטְנָהּ שֶׁל אִשָּׁה כְּאִילוֹ נוֹנֵעַ בְּאֶצְבַּע קַטְנָהּ שֶׁל אִשָּׁה Quicumque tangit minimum digitum mulieris, perinde est, ac si con-

trectaret locum illum. *Vide, qua honestate, vigilantia, ac diligentia mulieres suas Hebræi custodiri velint, quantumque scelus existiment eas vel leviter contrectare.*

מְכַלֵּמְקוֹם Ex omni loco, tamen, at tamen, tuncque ante se habet **אֵל עַל פִּי** etfi, quamvis.

Rabbini etiam frequenter utuntur phrase מְלֵא מְקוֹם אֲבוֹתָיו Implet locum Patrum suorum, h. e. Patres æquat v. g. pietate, religione, scientia, prudentia &c. Huc pertinet illud D. Pauli 1. ad Corinth. 14. 16. ἐὰν κληθῆναι ἴδιωτον τῷ ἰδιώτῃ. Qui implet locum idiotæ, h. e. qui idiota est, infamæ sortis homo, vilis, & abjectus.

קוֹץ Tædere; spernere, averfari, detestari. **מוֹקֶצֶה** tædium.

קוֹר, **הַקִּיר** Manare, scaturire. **מְקוֹר** scaturigo, fons. *Apud Grammaticos Infinitivus. Item metallum, vel minerale.*

קוֹר, **קוֹרָא** Tenerum, ac molle palmæ, in ramorum extremitatibus existens, quod dulce est, & esui inservit. *In palma enim quod quotannis crescit, molle est, ac tenerum, potestque manducare; at si in arbore relinquant, altero anno esui est ineptum, cum in lignum obdurescat. Proverbium: מֵאֵן רָאכִיל בְּהָרִי מֵאֵן רָאכִיל בְּהָרִי קוֹרָא Qui comedit tenerum palmæ, vapulabit per tenerum palmæ. Nimirum delicias, & voluptates impense sectantes, morbis, & pœnis per easdem subjiuntur; quemadmodum ramum arboris evellens, nisi caveat, plerumque a ramo resultantè graviter læditur.*

קֹטֵב Polus Mundi . *Plur.* קֹטְבִים Polii, *videlicet duo puncta, circa quæ, tanquam circa cardines, totum Cælum vertitur.* Alterum ex his punctis appellatur קֹטֵב הָרֹמִי Polus meridionalis, *sive Australis, vel Antarcticus, estque לְצַד דְּרֹוֹם ad latus Australe; alterum dicitur קֹטֵב צְפוֹנִי Polus Septentrionalis, Aquilonaris, sive Arcticus, estque לְצַד צְפוֹן ad latus Septentrionale. Qui habitant תַּחַת הַקֵּו הַשָּׁמַיָה sub Æquatore, Polum utrumque conspiciunt; at Septentrionales tantummodo Polum Septentrionalem vident.*

קֹטֵב est etiam torcular, prælum olivarum. *Ex Aruch autem est קֹטֵב Lignum magnum, & grave, quod olivis imponitur ad premendum.*

קַטְיוֹר Accusator. *Græce κατήγορος.* In *Talmude tritum:* הָעֹבֵר עֲבִירָה אַחַת קֹנֶה הָעֹבֵר אַחַד לֹו קַטְיוֹר אַחַד transgressionem unam, acquirit sibi accusatorem unum.

קָטַט Rixari, jurgari, litigare, contendere. **קָטַטָה** lis, contentio, rixa. *Plur.* קָטַטִּין lites, diffensiones. **בַּעַל קָטַטָה** Rixosus, contentiosus, auctor contentionis, & diffensionis. **בֵּית קָטַטִּי** locus pudendorum, *pro Hebræo בְּמִכְשָׁיו Deuter. 25. 11. in Targum Hierosolymitano; sed videtur mendosum; cum Elias adducat in קָטַט sub forma קֹטְנוֹי, sicuti etiam legitur Exod. 4. 4. in eodem Targum.*

קָטַט Cinis. **קָטַטִּין** cinereus. *Plur.* קָטַטִּיִּין cinerei. **קָטַטִּיִּין** ci-

neres. *Aliis pulvis tenuis, ac ruber, qui conservat fructus.*

קָטַטִּין Minor, minorennis, impar. **קָטַטִּיִּין** parvitas, minorennitas. **קָטַטִּיִּין** legumen, *b. e. quidquid in siliquis nascitur, ut lentes, cicer, fabæ, & alia.* **קָטַטִּיִּין** legumina. **קָטַטִּיִּין** parvi fide, in vera fide errantes. *Græce ὀλιγοπίστοι.* In **סוֹטָא** *Sotà fol. 48.* כָּל מִי שִׁישׁ לוֹ פֶּת בַּסֵּלוֹ וְאוֹמֵר מָה *b. e.* **קָטַטִּיִּין** *Qui cumque habet panem in canistro suo, & dicit: quid edam cras? est ex ὀλιγοπίστοις exigua fide præditis. Idem confirmatur in Tanchumà fol. 29.* כָּל מִי שִׁישׁ לוֹ מָה יֵאכַל הַיּוֹם וְאוֹמֵר מָה יֵאכַל הָרִיזָה *b. e.* **קָטַטִּיִּין** *Qui habet quod edat hodie, & dicit, quid edam cras? is caret fide. Etenim, ut ibidem legitur, qui creavit diem, creavit quoque alimentum ejus. Hæc omnia penitus conveniunt cum verbis Christi Matth. 6. 25. Διὰ τὸ τοῦ λέγω ὑμῖν, μὴ μεθυσθῆτε τῆ ψυχῆ ὑμῶν, τί φάγητε, καὶ τί πίνητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσθησθε· ὅτι ἡ ψυχὴ ἀλλοτρίον ἐστὶ τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τὸ ἐνδύματός· Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est, quam esca, & corpus plus, quam vestimentum?*

קָטַטָה Puella, minorennis, minor, parva. *Hanc Hebræi ita appellant usque ad annum duodecimum completum. Hinc Majemon parte 2. fol. 2. Filia a die nativitatæ suæ, donec fuerit filia tredecim annorum, vocatur קָטַטָה Minor, Mi-*

norennis , ונקראת תינוקת , & Puella .

קטע Incidere , succidere , cædere , discindere , abscindere . שנה מקוטעה annus intercisus . קטוע cæsor , amputator . קטיע mutilus .

קטר Ligare , colligare , constringere .

קוטר diameter . מהצית קוטר semidiameter .

קוטר הארץ diameter terræ . קוטר

המה diameter Solis . קיטור Exhalatio , fumus , vapor calidus , & siccus , nebula .

קטיר nodus . קטרץ nodosus , durus , fortis .

קטורת , קטורת , קטורת suffitus .

קטרנ Accusare , deferre . Corruptum ex Verbo Græco κατηγορέω . קטרנ ארום יקטרנ cum accusaverit .

קהלת יעקוב קי Abbreviatura . Idem ac Ecclesia Jacobi , nimirum Israelitica , ex Deuter. 33. 4.

קילא Cella , cubiculum . Plur. קילין cellæ . Rectius dixeris קילא , vel קלא .

קילון & קלון Canalis , Aquæductus , agris , vel pratis irrigandis inserviens . Hec vox videtur derivata a Græca dictione κηλον , κλάφοι , Latine Tolleno , genus machine , qua aqua trahitur , in alteram partem pregravante pondere . De ea ita Plinius lib. 19. 4. Hortos villæ jungendos non est dubium , riuosque maxime habendos , si contingat profluo amne : si minus , e puteo , organifve pneumaticis , vel tollenonum haustu rigan- dos .

קין Testiculosus , prelongos , & majores testiculos habens . Id vitio tribuitur in anima- li primogeniio .

קניז Æstas . קניז æstivus .

קניז Æstivos fructus apponere , æstiva offerre . Hinc illud Talmudicum , מותר המותר Refiduum fructum ad æstivandum Altare , h. e. residuum , quod superest in mensuris decimationis , colligitur , & offertur præter debita Sacrificia , quemadmodum bellaria mense apponuntur . Ita etiam in Ketubhòth fol. 106. והשכר וקניזין בו את המזבח h. e. Et pretio (collecto ex venditis reliquiis in mensuris decimationum) æstivant Altare . Emunt videlicet eo æstivos fructus , offeruntque quasi ex opere supererogatorio . Vide etiam Tractatum שבועות Scevuhòth fol. 12.

קיק Ricinus . Græce κικι , Est arbuscula in Historia Jone vocata קיקיון , & a Dioscoride lib. 4. cap. 164. dicta arborosus frutex . Ex ejus granis veteres oleum exprimebant vulgo appellatum κίκισον ἔλαιον , Oleum ricinum . Itaque Plinius lib. 15. cap. 7. Proximum (oleum) fit e Cici arbore in Ægypto copiosa &c. Nostri eam vocant Ricinum &c. Hebraei appellant קיקי שמן Oleum KiKinum , quod ex Dioscoride loco citato cibus sædum , lucernis , emplastrisque utile . Aliis קיק est nomen avis .

קירי , קירי , קירי Dominus , Hebraice ארון , Græce κύριος . Occurrit potissimum in Psalmis , & Jobo .

קיימא לן קי Abbreviatura . Idem ac Confirmatio est nobis : probatio nobis suppetit . Adhibetur quoties argumentum affertur ad propriam sententiam confirmandam . Quan-

doque scribitur קיל"א. 2. קשה לו. Difficile est mihi; serupulus mihi oritur. Ejus usus, cum objectio aliqua ex alterius sententia extruitur: וקיל"א Et serupulus mihi oritur. 3. קל להבין. Facile intelligitur: facile intelligi potest.

קילבא Fatuus, idiota, simplex. In Tractatu סנהדרין Sanhedrin fol. 103. & מצינא fol. 84. ubi scribitur קילבא, legitur Proverbum antiquum: הונו דאמרי אנשי באתרא דמרי ביתא חלא ליה זיניה תמן קולבי רעיא קילתיה חלאה. h. e. Illud est, quod vulgo dicunt homines: quo in loco suspendebat herus arma sua, illic nunc suspendit fatuus pastor hydriam suam, vel uxta alios, pedum, baculum suum. Nimirum que aliquando in magno pretio fuerunt, sepe temporis progressu vilia evadunt, tenuisque habentur.

קלח Effundi, emanare, fluere, effluere. Pabel קלח effluere facere, abjicere. קלוח, קלח emanatio, eruptio, effluxus, fluxus, decursus. מקלחת fistula, unde aqua emanat. קלח, קילח, Culmus, in segetibus: caulis; in herbis, oleribus, & virgultis.

קלט Colligere se, recipere, retinere. קליטה receptio, exceptio, cohesio. In plantatione dicitur קליטה, quando radices terre adherent, & coalescunt. מקלט atylum, refugii locus.

קל Leve. קל וחומר Levitas, & gravitas: leve, & grave. Rabbini hoc dicendi modo frequenter utuntur ab argumento minori ad majus argumentantes, vel contra.

Grammaticis בקל Conjugatio levis, hoc est, non habens Daghes est prima Conjugatio ab ipsis Kal appellata formae activae. השין קלה Littera ש levis est, videlicet non habens Daghes.

קול, קול, קולא Leve. Ejus oppositum חומר. Frequenter Talmudici adhibent in eodem argumentandi genere, quod nuper diximus: בין לקולא בין לחומרא קא משמע לן Tam de levi, quam de gravi proponit nobis doctrinam audiendam.

קלקל Vastare, corrumpere, destruere, perdere, dissipare. קלקול, קלקלה vastatio, perditio, depravatio. Item despectio, contemptus. Ejus oppositum תקון aptatio, reparatio, accommodatio. קליל leve, modicum, parum. קליל, קליל paulatim. Hebraice מוט מוט בנקל levissime, facillime. קלות ראש erectio capitis levis, levitatem, & superbiam indicans. Elatio capitis ex levitate, superbia, & lascivia ita a Rabbiniis appellatur, cum hominem magis deceat הראש בכפיפת הראש cum demissione capitis incedere. Ejus oppositum כובד ראש Gravitas capitis, demissio capitis. In ברכות Beracoth cap. 5. אין עומדין להתפלל אלא מתוך כובד ראש Non stant ad precandum, nisi cum gravitate capitis. דברי שחוק וקלות ראש Verba jocularia, & levia. Majemon in הלכות ציו תבנים על אשה cap. 15. אשה שתיה צנועה בתוך ביתה ולא תרבה שחוק וקלות ראש בכני בעלה. h. e. Praeceperunt Sapientes de muliere, ut sit vere.

recunda in domo sua, neque multiplicet
rifum, & levitatem capitis in conspectu
mariti sui, *scilicet ne sit nimis levis*, &
lasciva. בקלות leviter, facile. בנקל levi-
ter, levissime, facillime.

קולמוס קלם Calamus scriptorius. *Plur.*
קולמוסין calami.

קלמרוין קלמרוין Calamarium, graphia-
rium, theca calamorum scriptoriorum. *I-*
tem atramentarium.

קלס Laudare, celebrare. קלוס laus.
קלסתר קלסתר effigies, forma. קלוס pulchre,
bene. *Græce κλωσ.*

קוליים Colias. *Nomen piscis.* In שבת
Sabbat fol. 39. R. Salomon ait esse טונינא
Thynnium. *Alibi scribit קוליים esse piscem*
salitum, & delicatum, qui crudus comedi-
tur, nisi quod aqua calida abluitur, que lo-
tio ipsi loco coctionis est. Athenæus lib. 3.
Colias est glutinosior, acrior, sive mor-
daciore, deterioris succi, multum nutriens,
γρέσων ὁ Ἄμυκλινός, καὶ Ἰσπανός, ὁ σείξιτα-
νός λεγόμενος, melior autem Amyclanus,
& Hispanus, qui sexitanus dicitur: λεπτό-
τερος γὰρ καὶ γλυκύτερος. Gracillior enim est,
& dulcior. *Rondeletius autem lib. 8. De pi-*
scibus cap. 8. scribit, Coliam squamis par-
vis, & tenuibus tegi. Mox subjicit: rarus
est apud nos piscis, in Hispania, & qui-
busdam aliis locis frequens. Ex his colligi-
tur, Coliam esse piscem Hispanum, de quo
mentionem facit etiam Aristoteles de historia
Animalium lib. 8. cap. 13. & Plinius lib. 32.
cap. ultimo.

קלף Decorticare, pellem detrahere.
קליפתא decorticatio, cortex. קליפת ביצה
putamen ovi. קלה membrana, pergame-
num: cutis, pellis. *Item chartæ, folia lu-*
foria, alexæ.

קלוש, קלוש Tenue, tenerum, rarum.
קלוש טיט קלוש lutum tenue. קלושתא
nubes tenuis.

קם, קם Ante, coram, in conspectu.
קמויה ante eum. קמא primum, anterius,
apud Talmudicos. Contractum ex קרב
קרב. Item לקמן mox, infra, paulo post,
quasi ante nos. Ejus oppositum לעיל supra.

קמט Corrugari, adstringi, constringi.
קמט, קמט ruga. *Plur.* קמטין rugæ, pli-
caturæ. קמוט corrugatio, constrictio, con-
tractio. קמוט hirsutus, crispus, pilis as-
per. קמוט corrugatio, locus rugis plenus.
Item pupilla oculi. In ררך ארץ cap. 5. ha-
betur. Mundus hic similis est oculo huma-
no: album oculi est Oceanus, qui circum-
dat totum Mundum: nigram est Mundus
ipse. קמט שבשחור pupilla, quæ est in
nigro, est Jerusalem: imago, quæ conspici-
tur in בקמט pupilla, est Sanctuarium.

קמל קמל Abbreviatura. *Idem ac קא*
קמל משמע לן Facit audire nos: sic docet
nos. *Sæpe fini additur ן Nun, ut קמלן*
קמלן. Scribitur etiam excluso ן, קמשמע לן.
Quandoque præfigitur ה pro הן ecce. Præ-
ponitur etiam nonnumquam ם pro םא quid?

קמע Ligare, alligare. קמיע amuletum,
pittacium, *ab alligando sic dictum. Est mem-*
brana quibusdam litteris, vel caracteribus

notata, que collo, vel pectori appenditur va-
letudinis, vel alterius rei singularis causa.
Elias קמיע דמי דמי דמי non ab alligando, sed
a parvitate, quia hujusmodi membrana te-
nuis, & parva est, paucisque litteris, sive
characteribus certis, & abbreviaturis notata.

Hinc מוכחה קמיע Pittacium probatum,
& certum. Quodnam autem sit, colligitur
ex Majemonide in cap. 19. de Sabbato. איזהו

קמיע מוכחה זה שריפא לשלשה בני
ארם Quodnam est pittacium probatum?
illud, quod sanavit tres homines. Non li-
cet autem eo uti die Sabbati, ut videre est

ex Tractatu שבת Sabbath fol. 60. לא יצא
האיש בסנדל המסומר ולא בחפלין ולא
בקמיע Non egreditur vir (die Sabbati)

cum calceis clavatis (h. e. clavis conjun-
ctis, sive firmatis) neque cum loro precum,
neque cum pittacio. קמיעה idem. קמיעה
parum, modicum: paulatim, sensim. אוכל
קמיעה הרבה ומציא קמיעה comedens multum, &
egerens parum.

קמץ Colligere in pugillum: simpliciter
etiam colligere, congregare. קמץ parvus,
tenax, avarus. קמץנות avaritia, parsimo-
nia. קמיעה digitus quartus, digitus an-
nularis, minimo proximus, ita dictus quia
Sacerdos eo potissimum utebatur in capienda,
sive colligenda mensura incensi aromatici. No-
mina autem digitorum apud Hebraeos hec
sunt: גודל אצבע זרת digitus minimus: גודל
vel גודל pollex: אצבע secundus a polli-
ce, qui Latinis index: אמה medius: קמיעה
quartus, qui Latinis annularis. In Tracta-

tu כתובות fol. 5. מפני מה אצבעותיו של
ארם דומות לחירות h. e. Quare digiti
hominis similes sunt clavis; h. e. acuti, ut
clavi? שאם ישמע דבר שאינו הגון יניח

אצבעותיו באזניו ut, cum audit homo
verbum inhonestum, imponat digitos suos
auribus suis, ne nimirum audiat illud. אצבע

הכבד digitus hepatis, h. e. illa particula,
cui adhaeret, & qua abscinditur ex ventre;
at Aruch explicat reticulum hepatis. Tri-
tum apud Talmudicos שוות אצבעות שוות.

Non omnes digiti sunt aequales, h. e. sin-
gulorum hominum opera aequalia non sunt,
cum multum inter eos discrepet, quemadmo-
dum inter digitos.

קמץ Kametz. Nomen Vocalis longae A
apud Hebraeos sic dicte a Grammaticis,
quia שבהברתו צריך לקמוץ שפתיו יחר
ad illam pronuntiandam ex eorumdem senten-
tia labia sunt colligenda. קמוצ Kametz-
tum, cum Kametz notatum. נקמץ idem,
ex Niphal.

קמץאה Collectio: percussio. In senten-
tia quadam Ben Syrae ita Scholiastes Hebraeus

קמץאה reddit. Hec est sententia דהבא

צריך לקמץאה ועולמא לאלקאה h. e.

Aurum opus habet percussione, & puer
flagellatione. Scholiastes addit: מה הורהב

צריך אלקאה אף הנער צריך הלקאה
h. e. Quid est aurum? opus habet percuf-
sione; etiam puer habet opus percussione.

ומה הורהב אם תלקה אותו מצהיב יפה

Et quæ est natura auri? si percusseris

illud, magis splendet; sic puer castigatio-
nibus facilior evadit.

קומקמוס , קימקמא , קימקום קמק
Cucuma, coculum, *Italice cogoma*, bron-
zino. *Vas aeneum, vel testaceum ad aquam*
calefaciendam ronsoribus, & coquis infer-
viens. In Targum וְהוּוּ חָמֵן קוּמְקוּמֵי וְכָסִי
Et fuerunt ibi cucumæ, & pocula. Esth. i.
in Targum secundo.

קנא Zelotypus, zelotes.
קנאנית zelotypa mulier. קנאנית
קנאנית zelotypia, zelus, invidia. קניוין
zelotes, æmulus, invidus.

קנבוס Cannabis, cannabum.

קנדי Kandè. *Vox magica est, quæ super-*
stitiose in scheda, sive pittacio scribebatur ab
Hebræis, ut inferuivret sanandis morsibus ser-
pentum, vel canum rabidorum. In יומא Jomà
fol. 84. legitur. Quem momorderit
canis, ut moriatur, מאי חקנתיה quæ
est curatio ejus? Respondit Abhaj. Af-
ferat cutem basilisci masculi, & scri-
bat in ea, אנא פלניא בר פלניא
אמשכא דאפא דיברא כחיבנא עלך
כנתי כנתי קלירוס ואמרי לה קנדי קנדי
קלורוס יה יה ה צבאות אמן אמן סלה
b. a. Ego N. filius mulieris N. super pelle basilisci mas-
culi scribo super te Kante Kante Kallros
(quidam autem dicebant Kande Kande
Kaldros) Jah Jah Adonaj Zebadth Amen
Amen Selah, & expandet vestes suas &c.
Multas hujusmodi superstitiones in Rabbino-
rum scriptis invenies, quæ stomachum, &

iracundiam virorum vel patientissimorum com-
movent, piorumque aures non mediocriter of-
fendunt.

קונניטו Conditum vinum, potus confe-
ctus ex aromatibus, melle, & aliis.

קנה Acquirere, emere, possidere. קנין
acquistum, possessio: habitus acquisitus.
Ejus oppositum קערה privatio.

קנינים Habitus animi acquisitus. קנינים
המעשיים habitus speculativi, & קנינים
החכמה habitus sapientiæ.
קנין פינה habitus intelligentiæ.

קנה Tergere, abstergere, expiare. קנינה
absterfio: expiatio. קנינה הידיים
absterfio manuum: קנינה הפה
absterfio oris. ביזמא דכפור דאיהו קנחא רכל
In die Expiationis, qui fuit expia-
tio, sive absterfio omnium peccatorum.

קנחה סעודה Absterfio prandii, vel cœnæ.
Bellaria secundæ mensæ ita ab Hebræis ap-
pellantur, quia illis cibus primæ mensæ qua-
si abstergitur. In סנהדרין Sanhedrin fol. 94.
suggillatur voracitas cujusdam PeKah ben
Remaljahu, qui juxta ipsissima verba שיהיה
fuit אוכל הרבה גוזלות בקנחה סעודה
comedens multos pullos columbinos loco
bellariorum. Antiqua manuscripta rem magis
miram proponunt, pro הרבה multos habenti-
אמה ארבעים סאה quadraginta sata, vel
modios pullorum, sicuti etiam legitur in
Talmude Veneto. Verumtamen quamvis hæc
fabulam redoleant, iis tamen utuntur ad hel-
luones designandos, quemadmodum parsimonie
exemplum ad imitandum exhibent Regem Se-

deciam, qui plerumque olusculo contentus vixisse dicitur, sicuti narrat R. Salomon Isa. 8. 6.

קנט Irritare, concitare, follicitare. **קנטר** vexare, irridere, illudere. **קנטורין** vexationes: rixæ. **קנטרין** vexator, irrisor, illusor. **קנטר** pondus centenarium: instrumentum ferreum architectorum ad findendos parietes. **קנטרין** quinternio: folium, pagina libri. **קנטרא** quintale, centenarius, centum asses, centum libræ, centum sicli *juxta materiam, de qua agitur*. Hinc illud in **גמרא** Ghemara in *Tractatu בכורות* Bechoroth fol. 50. כל כסף האמור בתורה סתם סלע דנביאים ליטרין דחובים קנטרין in *Lege commemoratum simpliciter est siclus; in Prophetis libra; in Hagiographis centenarii*. In *Aruch*, איכא דקרו ליה, איכא קנטרא *Est ubi pondus, vel centumpondium appellant קנטרא centenarium*.

קנז **קנוניא** Conventio, conspiratio, dolus, fraus.

קנס Punire, mulctare. **קנסא**, **קנס** mulcta, pœna. *Plur.* **קנסות** pœnæ, mulctæ pecuniariæ. **דיני קנסות** judicia mulctarum, causæ pœnales; *Scaligero* judicia criminalia.

קנזן Cantharus, amphora, vas, urceus: matula: vomer.

קסר *Vide in סר.*

קסר, **קיסר** Cæsar, Imperator, Rex.

קיסרין Cæsares: Cæsarea, *urbis nomen*.

ק

נתקסר Cæsar factus est. *Apud Historicos.*

קפא Concrefcere, coagulari, cohære. **קפוי** concretio, coagulatio. **מקפה** concretum, condensatum: pulmentum crassum ex farina.

קפד, **הקפיר** Curare, sollicitum esse, anxium esse: irasci. **מקפדת** sollicita. **הקפדה** cura, sollicitudo. **קפדן** præceps, iracundus, nimis curiosus. **קפדן קרית לי** Iracundum vocasti me. **אין התורה** אין מתפרשת אלא כבי שאינו קפדן *Lex non explicatur recte, nisi per eum, qui non est iracundus*. Hinc illud in *Tractatu שבת* Sabbat in *Ghemara* fol. 30. **לעולם יהא אדם ענותן כהלל ואל יהא קפדן בשמאי** *b. e. Perpetuo sit homo mansuetus sicut Hillël, nec sit iracundus sicut Scammài*. *Quamobrem in פרקי אבות* PirKè avòth cap. 2. **לא הביישן למד ולא קפדן מלמד** Verecundus non bene discit, & iracundus non bene docet.

קפו Subsilire, saltare: gestire præ gaudio, exultare.

קפח Abfcindere, amputare, occidere, tollere, gladio ferire: auferre, deprædari, spoliare. *Execrandi formula.* **אקפח את בני** Excindam, *vel sepeliam, filios meos, nisi hoc jus excifum, vel sepultum est*. *Quasi diceret: perdam, sepeliam filios meos, nisi hæc sententia, lex, vel statutum oblivioni traditum fuerit, & omnino perierit.*

קפנרין Compendium viæ, via brevis.

פ ק

Antiqui tanta semper reverentia Synagogas, & Ecclesias profecuti sunt, ut profanum judicarent aliud quidvis in iis agere, quam preces effundere, & res sacras peragere. Hinc penitus veritum לקצר דרכו viæ brevioris causa per Ecclesias transire. Tritum etiam illud apud Hebraeos בחי כנסיות אין נוהגין בהן קלות ראש אין אוכלין בהן ואין שותין בהן ואין ניאותין בהן ואין מטיילין בהן ואין נכנסין בהן בחמה מפני החמה ובגשמים מפני הגשמים ואין מספידים בהן הספר של יחיד אבל קורין בהן ושונין בהן ומספידין בהן הספר של רבים *b. e.* In Ecclesiis non est usitata levitas capitis (*b. e. denudatio*), non comedunt in eis, nec bibunt in eis, non ornant se in eis, non deambulant in eis, (*ozii, vel colloqui causa*) non ingrediuntur eas in æstu propter æstum, neque in pluviiis propter pluvias, non lugent in illis luctum unicum, sed legunt, & discunt in eis, etiam lugent in eis luctum publicum. *Utinam Christiani hæc sedulo servarent in Ecclesiis suis, animoque attente reputarent, eas esse domum, & habitaculum Dei, esse loca sancta precibus effundendis inservientia, ac propterea nulla ratione profananda.*

קפס קופסא Capsa, scrinium, arca. *Plur.* קופסאות capsæ. קפים קפיים tignum, trabs. קפסורא dominator.

קפה קופה, קופא, קפא Arca, cista, scrinium, capsula. קופא של צדקה arca eleemosynæ. *De arca eleemosynæ in Ghemarâ legitur* קופה של צדקה נגבית בשניים

ומתחלקת בשלשה *b. e.* Arca eleemosynæ levatur, sive colligitur per duos, & distribuitur per tres: *in בבא בתרא Bavà Batrà fol. 8.* קופה של תבן Arca foeni. קופה של קוטיץ Arca lanæ. *R. Eliezer ben Azariæ vocatus fuit* קופת בשמים capsula aromatum, *b. e. meschi odoris suavissimi. Sic R. Jochanan ben Nuri dictus fuit* קופת הרובלים capsula apothecariorum, *in גטין Gittin fol. 67. Hujus nominis rationem R. Nathan in Avôth similitudine exponit. Quid est רובל? Is, quem advenientes interrogant: Est ne tibi opobalsamum? respondet; ita. Habes ne balsamum? sic. Habes ne cinnamomum? Ita. Talis fuit Sapiens iste, & talis quilibet alius esse debet, ut, si studiosus adveniens quærat ex eo aliquid ex Textu Biblico, prompte respondeat ipsi, sic ex גמרא Ghemarâ, ex מדרשים Midrashim, ex אנרות Aggaddoth, & omnibus aliis sapientiæ partibus, ut sit instar apothecæ, in qua omnis generis præstantissima aromata, & odorata unguenta reperiuntur.*

קפץ קפץ Saltare, insilire, irruere, subfilire. *Item innuere, annuere.* קפוץ קפוץ saltus, *qui utroque pede fit, כאחד בשתי רגליו* quando duo pedes ejus sunt sicut unus: *at רקוד est saltus, altero pede in terra fixo, juxta Arûch in ספק.*

קפריס קפריס Capparis. *Fructus capparis inter folia baccam producit, que fatiscens florem emittit, unde emanat glans semine acinoso plena. Hinc קפריסין Vinum cappari-*

num apud antiquos maxime celebre fuit. Adhibebant olim illud ad conficiendum suffitum aromaticum sacrum, quo macerabant onychen, ut odor ejus vehemens evaderet. R. Salomon tradit, vinum capparinum esse, in quo cap-pares conditæ sunt. Aliis Kapparis est nomen proprium loci, unde vinum provenit generosissimum, atque fortissimum. Alibi legitur הצלה מתעשר תמרות ואבינות וקפרס h. e. Capparis fructus decimatur dactylis, baccis, & corticibus, h. e. dat triplices decimas, quia triplicem fructum profert; at ex R. אקלרוא non dat decimas nisi de baccis.

קצב Succidere, cædere. קצב, lanio, mactator, carnes vendens, & secans. קצוב קציסום, determinatum. קצב præordinatio, prædestinatio.

Est etiam קצב expresse nominare, ut לפי קצבין quia expresse non sunt nominati.

קצה, קצת, מקצת, Pars: quidam, quædam, in utroque numero. קצתם pars ipsorum: quidam, vel quædam ipsorum. במקצתם אלתקצתם alii alios. במקצתם in nonnullis libris. קצה tropicus. קצה קיצי tropicus æstivus, sive Cancri; קצה קיני hybernus, id est, Capricorni. Item קצה extremum, terminus syllogismi. קצה finis, extremitas.

קצר Abbreviare, decurtare. קצור קצרה, קצרה, קצרה, brevitatis causa, elliptice, per

ellipticum, breviter. מקרא קצר sermo ellipticus, ratio loquendi elliptica.

קק Abbreviatura. Idem ac קהל קדושה Synagoga sancta. Hoc nomine sanctitatis semper Synagogas suas, Scholas, & Ecclesias Hebræi appellant, quæ utrum hujusmodi sint, prudentis lectoris judicium esto. 2. קריא קארניש Scripturam, vocem Scripturæ, vel textus explicat.

קקס Abbreviatura. Idem ac קבול קנין קבול Acceptio potestatis pallii. Potestas pallii erat, quæ per apprehensionem pallii accipiebatur. Vide pag. 318.

קקק Abbreviatura. Idem ac קדוש קדוש, Sanctus, sanctus, sanctus ex Isa. 6. 3. Trisagium hoc tanta superstitione Hebræi cantillant, ut stantes, & pedibus equaliter extensis simul elevatis, erecto corpore, ter in altum subsiliant.

קרא Legere, prælegere. מקרא Lectio, sc. sacra, per Synecdochen, id est, Scriptura Sacra, Biblia. Interdum etiam per מקרא significatur Versus Biblicus. Plur. מקראות Scripturæ Sacræ. קראי Biblicus, Textualis, versatus in lectione Scripturæ. קרי lectum. Usurpant Rabbini hoc vocabulum de voce variæ lectionis in Bibliis. Item casus nocturnus feminis effluentis, fluxus feminis. בעל קרי qui fluxum talem passus est. Levit. 15. Item קראים Karræi, Sadducæi, quasi Textuales dicti, quia nullas Traditiones, vel glossas admittebant. Fuit prima omnium Secta inter Judæos, rejiciens omnes Traditiones, & Constitutiones Majorum, &

Seniorum in Ecclesia Judaica, soli Sacrae Scripturae Textui, qui vulgo dicebatur קרא, adhaerens. Vocabantur etiam Sadducaei, & Ba-jerosai. De iis Joannes Drusus in Praeteritis, Matth. 22. 23. Legem ita recipiebant, ut expositionem Sapientum omnino rejicerent. Quocirca Caræi vocati sunt, quasi Lectionarii, aut Scripturarii, quod Textui Sacro mordicus inhærentes Traditiones omnes repudiarent. לתבארת קריא lectio. לתבארת הקריא ad ornatum lectionis, euphoniae causa. קורין legunt, pro קוראין.

קרובץ Elias in libro Tisbî scribit: Judæi Germani carmina quædam, quæ in Sabbatis, & aliis Festis diebus dicunt, vocant קרובץ Krubhätz, cujus nominis rationem ignorant, nisi quod dicunt, litteras istas abbreviatu-ram esse harum vocum, קול רנה וישועה קול רנה וישועה, & salutis in tabernaculis justorum, ex Psal. 118. 14. A R. autem David Kimchî in Radice עתר scribitur קרובות cum littera ת in fine. Liber יוחשין Juchasin fol. 34 cum Elia censet, cantiones has metricas, sive preces קרובות appellari a קרב, quod reliquis Hebraeorum precibus, quas solent quotidie recitare, diebus Sabbati, aliorumque Festorum ad-jungantur.

קרה Evenire, contingere, accidere. מקרה accidens, eventus, casus. מקרי accidentalis. חלקה מקרה pars accidentalis. תקרה contignatio, tabulatum. בית מקרה domus tabulata. מקרה קיים accidens firmum, inseparabile. נפרד מקרה separabile. קירות

contingentia. קורה Occursus, objectum: scopus.

קרט, קנט Granum, bacca, frustulum: gutta. קורת דם gutta sanguinis. קורת לבונה granum thuris. קרט, קרטא Quarta, quadrans sicli.

קרן Sors principalis, vulgo capitale. קרן ורוח sors, & lucrum.

קרין Currus, carruca. Plur. קרונות car-rucæ.

קורפיות Vasa culine inservientia, non plana, sed in acumen desinentia. Itaque dum igni admoventur, solent imponi tripodi, aut alii vasi, aut sustentaculo. Alii a loco quodam ea ita dicta contendunt. Hinc in Tra-ctatu שולי קורפיות כלים Kellim cap. 4. אעפי שאינם יכולין לישב אלא מסומכין טמאים Vasa Kurphaza etiamsi non possint subsistere nisi suffulta, immunda sunt.

קורפרא Talpa: vespertilio. Legitur etiam cum littera ר geminata, respondetque Hebraice voci תנשמת.

δέουτο. Simul autem & otiosæ discunt circuire domos: non solum otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes, quæ non oportet. Hinc a Talmudistis in Tractatu סוֹטָא Sotâ fol. 22. בְּחוּלָה צְלִינִית וְאַלְמָנָה. בחולה virginis orantis jugiter, & viduæ vicinas visitantis officium suspectum dicitur, cum sub eo Venæris aucupium latere videatur, dicunturque propterea Mundum perdere, cum superstitiose virginitatem, & ætatem libebis procreandis idoneam amittant.

שְׁבַח אֲשַׁתְּבַּח Gloriari; splendere. Exod. 34. 29. 30. 35. Prov. 25. 14.

שְׁבָהוֹר, **שְׁבָהוֹרָא**, **שְׁבָהוֹרָא** Honor, decus, decor, splendor, gloria, majestas. Job 40. 5.

שְׁבָהִיר, **שְׁבָהִירָא** Idem. Prov. 16. 31.

שְׁבֹז Putredo, tabes, caries. Isa. 5. 24.

שְׁבִיוִן, **שְׁבִיוִיָא**, **שְׁבִיוִין** Sapphirus. Exod. 28. 19. Thren. 4. 7. *Plur.* שְׁבִיוִיִן sapphiri. Cant. 5. 14. Ezech. 28. 13.

מִשְׁבֹּג Sella coriacea, sella corio obduta.

שְׁבַח Laudare, glorificare, cantare. Exod. 15. 10. Prov. 31. 28. *Itapabel* אֲשַׁתְּבַח laudari, glorificari: gloria-ri. Isa. 60. 21. Jerem. 9. 24. Psal. 52. 3.

שְׁבַח, **שְׁבָחָא**, **שְׁבָחָתָא** Laus, encomium, gloria: canticum. Psal. 40. 4.

הוֹשְׁבַחָתָא, **הוֹשְׁבַחָתָא** Idem. Isa. 60. 6. Psal. 30. 1. *Plur.* הוֹשְׁבַחָתָא, הוֹשְׁבַחָתָא laudes, Exod. 15. 11.

שְׁבִיחִין Oblectationes, deliciz. Prov. 8. 30.

שְׁבֵט, **שְׁבֵטָא** Virga, baculus. Prov. 22. 15. & 13. 24. *Juxta hunc sensum tantummodo in Salomonis Proverbiis redditur dictio Hebraica שְׁבֵט. Plur. שְׁבֵטִין virgæ.*

שְׁבִיט Virgam habens: virgatum, caudatum. In בְּרַכּוֹת Berachòth fol. 58. כּוֹכְבָא רְשִׁיטָא Stella, quæ habet virgam, videlicet Cometa. *Glossa addit: Stella, quæ projicit instar sagittæ fulgura ex uno loco in alium, quæque longa est instar virgæ, quam a se spargit.*

שְׁבֵט, **שְׁבֵטָא** Tribus, familia: sceptrum. Numer. 18. 2. 1. Reg. 11. 32. *Plur.* שְׁבֵטִין tribus. Psal. 122. 4. Judic. 21. 24.

שְׁבֵט Schebbàt. *Mensis, qui nostro Januario respondet. Est nomen mensis undecimi apud Hebræos. לַחַד עֶשֶׂר יָרֵחָא הוּא יָרֵחָא שְׁבֵט Undecimo mense, qui est mensis Scævati. Zach. 1. 7. Esth. 3. 7. in secundo Targum, ubi singuli menses recensentur, & hic שְׁבֵט dicitur לְאַלְגִּינָא רִישׁ יָרֵחַ שְׁתָּא לְאַלְגִּינָא primus mensis, sive initium anni arborum. Ab eo enim supputatio fiebat fructuum arborum, quo mense maturi essent, & quo mense ex iis decimæ solvendæ.*

שְׁבֵרָא, **שׁוֹבְכָא**, **שׁוֹבְכָא** Columbarium, columbarum nidus. Isa. 60. 8. Hof. 11. 11. *Plur.* שׁוֹבְכִין, שׁוֹבְכִי & *fæmin.* שׁוֹבְכוֹת columbaria.

שְׁבִכִין Armillæ: monilia. Num. 31. 50.

Sic legendum Exod. 35. 22. in Jonathane, pro שיווין.

שכך Vide in סכך.

שביל Semita, via, trames. Job 18. 10. Psal. 119. 35.

Plur. שבילין, שבילי, viae, semitæ. Jerem. 18. 15.

שבולת, שבולתא, שבולת, & שבולתא Spica. Genes. 41. 47. Job 24. 24.

Judic. 12. 6. Plur. שבולין, שבולין, שבולין spicæ. Genes. 41. 5.

Idem. Genes. 41. 47. in Jonathane.

שבול Idem. Job 24. 24. Plur. שבולין Ruth 2. 2.

שבולת Onyx, onyche. Elie, & Baal Aruch spica odorifera, spica nardi. Exod. 30. 34. Respondet Hebræo שחלת. Recensetur inter aromata, quæ adhibebantur ad suffitum odorum conficiendum. A Talmudicis appellatur שיבולת הנרד spica nardi.

שבס Vitta, capitis reticulum, ornamentum muliebre.

Plur. שבסין, שבסין reticula, ornamenta capitis muliebria, vittæ. Isa. 3. 18. Ex Aben Ezrà sunt vittæ tum viris, tum mulieribus communes, sed specie, & aspectu pulchriores, & ornatiores. In נגעים Negaim cap. 11. ושבס של סבכה Et ornamentum vittæ; in כלים Kelim autem ושבס שלה Et ornamentum ejus, videlicet vittæ, וחוטין Et fila ejus. Sermo est in locis citatis de virginum, vel mulierum vitris, qua ratione pollute censendæ sint. Itaque ibidem ex-

ponitur שבס esse peculiare vittæ ornamentum fronti adherens, ab una aure ad alteram extensum, de quo mentio in Isaia fit; וחוטין vero esse fila serica coloris varii a vitta, quibus filis vitta capillis, & capiti accommodatur. Solebant igitur Hebræi vittæ, v. g. hyacinthine, vel viridi fila rubra, nigra, vel alba addere, ut pulchrior, & gratior vittæ species evaderet.

עסר Vide in עסר.

שבוע, שבועה, שבועה, שבועה, שבועה Septem. Genes. 5.

25. & 7. 2. septimus. Per apocopam שב, pro שבועה, & שיב. Gen. 29. 18 in Targum Jonathanis. Usurpatur præsertim a Talmudicis, & Hierosolymitanis. Plur. שבועין, שבועין septuaginta. Genes. 5. 12. Hierosolymitane שבועין Genes. 25. 7.

שבועתי, שבועתי Idem. Num. 21. 19. in Targum Hierosolymitano. Fam. שבוע, שבועתי septem.

שבועיא, שבועיא, שבועיא Septimus. Genes. 2. 2. Ezech. 45. 25. Fæmin. שבועיא, שבועיא septima. Exod. 23. 11. Deuter. 15. 9. שבועיא Septimana. Levit. 23. 16. Plur. שבועין, שבועין & fam. שבועין Levit. 23. 15.

שבועיא Sebuzi, h. e. hebdomadarii. Fuit Secta inter Judæos Festum Septimanarum, hoc est, Pentecostes diversa ab aliis ratione computans. Consule Scaligeri Triberefeon cap. 1.

אשתבע, אשתבע, אשתבע, אשתבע, אשתבע Ithpehal, & אשתבע Ithpabel, Jurare. Levit. 5. 24. Jerem. 3. 5. אשתבע אשתבע

אֲשָׁבִיעַ adjurare. Cant. 2. 7. & 8. 4.
שָׁבַע Jurare. Exod. 13. 19. in Targum
Hierosolymitano.

שְׁבוּעָה, שְׁבוּעָתָא Juramentum, jusju-
randum. Deut. 32. 40. Zach. 8. 17. Psal. 106.
26. Constr. שְׁבוּעַת Ecclef. 6. 6. Psal. 10. 2.

De variis Juramenti speciebus antiquitus in usu apud Hebræos.

Olim apud Hebræos varie erant jurandi rationes, & species, quarum alie antiquissime, alie temporis progressu a Rabbinis excogitate, & inventæ. Itaque apud Rabbinos ד מיני שְׁבוּעוֹת הֵן quatuor sunt juramentorum species, nimirum שְׁבוּעַת שְׁוָא Juramentum falsum, שְׁבוּעַת בֵּיטוּי Juramentum leve, & temerarium; שְׁבוּעַת הָעֵרוֹת Juramentum testimonii, שְׁבוּעַת הַפְּקֻדִין Juramentum depositi, de quorum singulis Majemon part. 3. in שְׁבוּעוֹת הַלְכוֹת tractationem instituit. Idem Majemon agit de שְׁבוּעַת הַרְיִינוּן h. e. juramento solenni judicii alicui a Judicibus præcepto in ejusdem libri cap. 11. quemadmodum Fagius in Paraphr. Chaldaic. in Exod. cap. 23. Christianus Gerson in Talmud lib. 1. cap. 25. & alii. Solebant autem Hebræi per vitam Rabbitorum ipsorum jurare, ut colligitur ex Tractatu פֶּסַחִין Pefachîn fol. 113. וְכִי מִשְׁחַבְעֵי מִשְׁחַבְעֵי הָכִי בַחֲיֵיהֶן רַבְנָן קְדִישֵׁי רַבָּאֵרְעָא וכי משחבעי משחבעי הכי בחייהן רבנן קדישי רבארעא Et cum jurabant, jurabant sic: Per vitam Rabbitorum sanctorum in terra Israel. Variæ autem jurandi formulæ passim in Rabbitorum libris occurrunt. In ראש השנה Rosch haschanâ fol. 17. mentio fit de juramento per vitam Regis: נִשְׁבַּע בְּחַיֵּי הַמֶּלֶךְ Juravit per vitam Regis. Hic mos jurandi olim in usu fuit etiam apud Ægyptios. Hinc Aben Ezzâ Exod. 20. v. 7. scriptum reliquit. Consuetudo Ægyptiorum est in hunc usque diem, ut qui juraverit בְּרֹאשׁ הַמֶּלֶךְ per caput Regis, & juramentum non servaverit, filius sit mortis, h. e. morte plectatur. Ac licet tantum auri pondus, quantum corporis ejusdem pondus est, daret, vivus non relinqueretur, quia Regem palam contempit. Jurabant etiam Hebræi per coronam Regis, ut patet ex קִדּוּשֵׁין Kidduscîn fol. 9. hac formula, הִנֵּנִי דְּמַלְכָּא: Per Cælum, cujus exemplum est in מְדְרָשׁ קְהֵלֶת Medrâs Kohèleth cap. 1. הַשָּׁמַיִם הַזֵּה הִזְכִּירְתָּנִי Per Cælum in memoriam revocasti mihi. Sic in בְּרַכּוֹת Berachdîth fol. 55. הַשָּׁמַיִם בֵּן הוּא Per Cælum res ita habet. Hujusmodi temerarium juramentum Christus Matth. 5. 34. omnino prohibuit. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ἕως, μὴ τε εἰς τὴν ἄρκα, ὅτι θρόνος τοῦ θεοῦ ἐστὶν ἐκεῖ. Ego autem dico vobis: non jurare omnino, neque per Cælum, quia thronus Dei est. Jurabant quoque per Terram, per Solem, per Lunam, per Planetas, ut ostendit Majemon in שְׁבוּעוֹת הַלְכוֹת cap. 12. Sic per Altare, ut in Echâ rab. cap. 2. 10. כִּמְהוּ שְׁבִיעוֹ בְּמִזְבֵּחַ הַפְּנִימִי Quomodo jurare fecit eum? Per altare interius. Sic per Templum hac formula, הַמְּעוֹן הַזֶּה Per habitaculum hoc:

et *הלילה לא אלוך המעון הזה לא אלוך הלילה* Per habitaculum hoc non dormiam hac nocte. *Glossa addit* *בבית המקדש נשבע* Per domum Sanctuarii jurat. Etenim *מעון* habitaculi nomine *Templum Hierosolymitanum appellatum fuit, quia Dei erat habitaculum. Etiam hac formula olim Hebraei jurabant, איכל* Per Templum, *cujus juramenti exemplum extat in קדושין Kadduscin fol. 71. ubi Rabbi Jochanan ait* *היא איוכלא בדינו* Per Templum in manibus nostris est hæc res, *b. e. in potestate nostra. Ubi Glossa:* *שבעה בהיכלו של מקום* Juramentum est, per Templum Dei. *Hoc est exemplum temerarii illius juramenti a Christo Matth. 23. 16. acriter reprehensi. Οὐκ εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ λέγοντες, ὅτι ὁμοῦν ἐστὶν τῷ κυρίῳ, ὅτι ἐστὶν ἔσω &c. Væ vobis duces cæci, qui dicitis, quisquis juraverit per Templum, nihil est &c. Sic per cultum Dei, b. e. per Deum, vel per Fidem, hæc formula העבורה, quæ jurandi ratio Talmudicis præsertim in usu fuit. Hinc in העניות Taanith fol. 24. אמר להן העבורה* Per Fidem sunt sacra tibi. *העבורה חרי הן הקדש עליך* Dixit ipsis: Per cultum Dei, per Fidem anteverfuræ sunt filiam meam. *Ibidem.* *אמר לה העבורה שאין בקופה של צדקה כלום* Dixit ipsi: Per cultum Dei, si est in arca eleemosynæ quidquam amplius. *In בתרא Bavà Batrà fol. 11. Sic jurabant per caput proprium, ut* *דור לי בחיי ראשך* Jura mihi per vitam capitis tui. *In סנהדרין Sanhedrin fol. 24. Sic per Mosem, ut* *משה דינון מייחדין ליה* Per Mosem, si adjungant ei alium, occidet eum. *In Horajoth cap. 3. משה דאנא מסתכל ולא מסע רעתי* Per Mosem, ego aspexi (*Sacerdotes benedicentes*) & non avocatus fuit animus meus. *Glossa explicat:* *לשון שבעה* Moses significat juramentum. *Denique ex Majemonide solebant Hebraei juramenta præstare per Decalogum, per Sacras Litteras, per libros Legis, & per singulos Prophetas, quod tendit etiam illud ערוך Aruch in שבע secundo; הנשבע בעשרת הדברים ובכפר* Qui iurat per Decem verba, *b. e. Decalogum, & per librum Legis, numquam in perpetuum id revocare potest.*

שבע Saturari, satiari. Ruth 2. 14. Job 7. 4. *פבל שבע* saturare, satiari. Psal. 90. 14. *אשבע* idem. Psal. 107. 9. Thren. 3. 15. *שבע, שבע* Satur. Genes. 35. 29. *שבעה, שובע* Saturitas, satietas. Genes. 41. 30. *שבעה* Idem. Prov. 3. 10.

שבועה Idem. Psal. 78. 25. **שבק** Sinere, linquere, relinquere, derelinquere, deferere, dimittere, permittere, concedere, remittere, condonare. Psal. 22. 2. Ruth 2. 20. Num. 14. 19. *אשחבק אשחבק* & *אשחבק* remitti, condonari. Num. 15. 28. relinqui, derelinqui, deferi. Isa. 17. 9. Jer. 49. 11. Job 18. 4.

- שְׂבוּק Remissio, condonatio. Job 2. 1. tates nocturnæ, & שְׂבִירֵי דְיוֹמָא cæci-
 Num. 19. 9. in *Jonathane*. tates diurnæ sunt morbus, cui ibidem reme-
 שְׂבִיקָא Defectio, derelictio. dia suggeruntur. De hoc morbo mentio fit tum
 שְׂבוּק Idem. Esth. 2. 18. in *Tractatu* עֲבוּרָה זָרָה Avodà zarà fol.
 שְׂבִיקוּחָא Idem. Pfal. 130. 4. 12. tum in *Tractatu* פְּסָחִים Pesachim fol.
 שְׂבִיקוּן Rami, propagines crassiores. E- 112. Ne bibat quisquam aquam tempore
 zech. 17. 6. nocturno: si biberit, sanguis ejus sit super
 מְשִׁבְקָתָא Mulier derelicta, expulsa, re- caput ejus propter periculum. Quale peri-
 pudata. culum? שְׂבִירֵי סַכְנַת periculum cæcita-
 שְׂבֵר, שְׂבֵרָא, שְׂבֵרָא Simplex, fa- tatis. Quod si sitiat, & bibat, quæ est
 tuus, stultus, infanus, amens, curatio ejus?
 excors. Job 5. 2. Pfal. 19. 8. Prov. 9. 4. *Plur.*
constr. שְׂבֵרֵי fatui. Prov. 1. 22. 32. & 7. 7.
 שְׂבִירָא Idem. Job 5. 2.
 שְׂבִירוּחָא Stultitia, fatuitas, simplicitas.
 Prov. 1. 22.
 שְׂבִירוּיָא Cæcitas. *Plur. emphat.* שְׂבִירוּיָא
 cæcitates. Gen. 19. 11.
 שְׂבִרְחָא Fatuitas, simplicitas. Prov. 9.
 13. In *Textu Hebræo* legitur פְּתִיחַת. Quare
 vox *Chaldæa* videtur legenda שְׂבִרְחָא. In
 exemplaribus *Veneris*, quæ derivantur ab hac
 radice, sæpe habent in medio litteram כּ pro
 בּ, sed *Biblia Regia*, *Elias*, & *Aruch* sem-
 per exhibent per בּ.
 מְשִׁבְרָא Sella parturientis.
 שְׂבִירֵי Scotomata, tenebræ oculorum
 subitæ cum vertigine. Ita dicuntur, quia
 sunt quodammodo oculorum fatuitates, vel fa-
 tuus visus oculorum, vel visus fractura, a
 radice שְׂבֵר frangere. *Emphat.* מְחוּ בְּשִׂבְרֵי יָמָא
 Percusserunt subito scotomate. Genes. 19. 11.
 In *Textu Hebraico* בסְּנוּרוּיָא. In *Tractatu*
 גִּטִּין Gittin fol. 69. שְׂבִירֵי רִלְיָא cæci-
 tates nocturnæ, & שְׂבִירֵי דְיוֹמָא cæci-
 tates diurnæ sunt morbus, cui ibidem reme-
 dia suggeruntur. De hoc morbo mentio fit tum
 in *Tractatu* עֲבוּרָה זָרָה Avodà zarà fol.
 12. tum in *Tractatu* פְּסָחִים Pesachim fol.
 112. Ne bibat quisquam aquam tempore
 nocturno: si biberit, sanguis ejus sit super
 caput ejus propter periculum. Quale peri-
 culum? שְׂבִירֵי סַכְנַת periculum cæcita-
 tatis. Quod si sitiat, & bibat, quæ est
 curatio ejus?
 שְׂבִירֵי
 בִּירֵי
 רִירֵי
 יִירֵי
 רִי
 Videlicet verba quædam magica profereban-
 tur, & vox superior ordine proposito magice
 scripta collo alligabatur. Quemadmodum au-
 tem vox singulis diebus littera una decurtata
 pronuntiabatur, ut tandem nihil ex ea rema-
 neret, ita cæcitatatis morbus paulatim depulsus
 denique omnino tollebat. *Cornel. Agrippa*
 lib. 3. cap. 11. in dictione Abracadabra reme-
 dium contra febrim positum vult. Ait enim,
 per eam eodem modo scriptam, ac scribeba-
 tur vox superior, & collo appersam totidem
 diebus febrim imminui, & expelli, ex quor
 litteris ipsa constat. Præterea in יוּ דicitur
 שְׂבִירֵי Savriri esse Angelus cæcitatibus præ-
 positus, qui arte magica compelli potest ad
 scotomata, & cæcitates avertendas. In יוֹמָא
 Jomà fol. 28. שְׂבִירֵי רִשְׁמָא קָשׁוּ מְשִׁמָּא
 Fra-

Fraçtura Solis graviores sunt ipfo Sole. *Nimirum fractus Solis splendor per nubes gra-
vior est pleno ejusdem splendore. Sic simula-
ta, & ficta amicitia periculofior est vera, &
aperta amicitia.*

שׁוֹכֵר Apocha; vulgo quietanza. Est scri-
ptum, quo creditor reddit quietum debitorem
de soluta pecunia, v. g. cum creditor dicit,
non est chirographum tuum nunc apud me,
sed est ruri, vel in urbe, interea **אֶכְתּוּב לְךָ**
שׁוֹכֵר scribam tibi apocham, donec chiro-
graphum accepero. A Rabbinis ita describitur;
שׁוֹכֵר est שְׂטָר contractus, sive lit-
teræ, quas mutuo dans dat debitori,
שֶׁנִּפְרַע מִמֶּנּוּ, quod solutionem acceperit
ab ipfo. Plur. **שׁוֹכְרִים** apochæ.

שָׁבֵר Nomen vocalis I brevis, quæ alio
nomine dicitur **חִירֵק קָטָן** ChireK parvum,
nimirum breve, vel **חִירֵק בְּלִי יוֹד** ChireK
fine Jod, quo a ChireK cum Jod, id est,
magno, sive longo distinguitur. Hujus dictio-
nis usus frequens in Abèn Ezrà.

שׁוֹכְרָא Urtica. Talmudistis in usu. Di-
citur alias **פְּתִילַת הַמַּדְבָּר** Ellychnium syl-
vestre, quia ex ea siccata ellychnium fiebat.
Ab Aruch exponitur sermone vernaculo **פִּירוּלָא**
Ferula.

שָׁבוּר Schavùr. Sapor Persarum Rex, de
quo Hebræi sæpe mentionem faciunt. Hoc co-
gnomine a Talmudicis appellatur R. Samuel
ob ejusdem summam auctoritatem, quam in
decisionibus suis obtinebat. De eo Baal Aruch
in **שָׁבוּר**: Samuel inter Israelitas æstima-
tus fuit ut Sapor Rex inter Gentiles. Et

in **בְּנֵי כְתָרָא** fol. 115. **אֲמִינָא מִלְחָא**
דְּלָא אֲמַרָה שְׁבוּר מְלַכָּא וּמְנֵי שְׁמוּאֵל
Dico ego rem, quam non dixit Sapor
Rex. *Glossa.* Quia consuetudo obtinebat
secundum ipsum in judiciis, idcirco sic
vocatur, & est nomen Regis Persiæ. Ita
in **פְּסָחִים** fol. 54. ubi *Glossa.* Samuel vo-
catur a Rabbà Sapor Rex, quia exercita-
tus fuit in judiciis, & consuetudo secun-
dum ipsum in iis obtinebat, quemadmo-
dum judicium egrediens a Rege, quod ra-
tum habetur. Sapor autem fuit Rex Persa-
rum in diebus Rabbà.

שָׁבַשׁ Expandere, extendere, dila-
tare ramos. Psal. 80. 12. *Pa-
bel* **שָׁבַשׁ** perplexum reddere, implicare.
Job 40. 12. Psal. 80. 12. perturbare, turbare,
confundere, seducere, pellicere, persuade-
re. Jerem. 20. 7. *Itypabel* **אֲשַׁתְּבַשׁ** perple-
xum, attonitum esse: seduci: implicari,
contorqueri. Jerem. 20. 7. Dan. 5. 9.

שָׁבַשָּׂא, **שָׁבַשְׂתָּא**, **שָׁבַשְׂתָּא** Ramus, ra-
mus tener, furculus, propago, palmes. E-
zech. 15. 2. Plur. **שָׁבַשְׂיָן** rami, palmites.
Joel. 1. 7.

שָׁבַשַׁב Germinare, frondescere, repul-
lulare. Job 14. 7.

שָׁבַשְׂנִין Rami. Gen. 3. 14. in *Jonathane*.
Fortasse legendum **שָׁבַשְׂנִין** sepes.

שָׁבַת Quiescere, cessare, feriari ab
operibus. Exod. 31. 17.

שָׁבַת, **שָׁבַתָּא**, **שָׁבַתָּא**, **שָׁבַתָּא**, **שָׁבַתָּא**
Hierosolymitane **שָׁבַתָּא**, Sabbatum, cessatio,
quies, requies. Exod. 31. 16. septimana,
heb-

hebdomada. Esth. 2. 9. Sic in Novo Testa-
 mento. Luc. 18. 12. Νηστὸς δὲ τῆς Σαββάτου.
 Jejuno bis in Sabbato, b. e. Septimana, &
 Matth. 28. 1. εἰς τὴν Σαββάτων, τῆς ἑβδομάδος.
 εἰς μίαν Σαββάτων. Vespere autem Sab-
 batorum, cum lúcesceret prima Sabbati,
 b. e. hebdomadæ. Sæpe per synopam שבועה.
 Isa. 66. 23. aliquando שב per apocopam, ut
 Deut. 5. 14. in Jonathano. A Rabbiniis שבת
 הַגָּדוֹל Sabbathum magnum vocatur Sabba-
 tum proximo precedens Pascha. Ratio nominis
 deducitur ex miraculo, quod Patribus Hebræorum
 contigit in Ægypto, ut colligitur ex מַגְדָּוָה
 Ritualibus in ritibus Pasche. Plur. שבתין,
 שביתא. Levit. 23. 38. Exod. 31. 13. Ex dia-
 lecto Hierosolymitana שבתות Sabbata ve-
 stra. Levit. 23. 32. in Targum Hierosolymi-
 tano. In Jonathano per synopam שוביכון

De Sabbato.

Ex duobus Festis Hebræorum, quæ sæpe singulis annis celebrantur, unum est Sabbathum, quod in Sacris litteris variis significationibus subiectum est. Ut plurimum enim שבת Sabba-
 ti nomine omnia Festa, & solemnitates a Deo institutæ appellantur; deinde annus Sabbati-
 cus intelligitur; præterea tota hebdomada; tandem proprie, & peculiariter septima quælibet
 dies cujusque hebdomadæ. A vespera autem ad vesperam Sabbathum celebratur, ejusque so-
 lemnitas consistit in cessatione ab omni opere, ritibus quibusdam, & ceremoniis, & in iti-
 nere Sabbatico, quod spatio bis mille cubitorum a Judæis solet definiri. Nullum autem ope-
 re pretium me facturum arbitror, si levia quælibet, vel potius nugæ enarravero, quibus se
 teneri Judæi diebus Sabbati præcepto תּוֹרַה שְׁבַעֵל פֶּה Torà Scebehàl Pe, b. e. Legis O-
 ralis, vel ore traditæ prædicant, cum inutiles tantum, & ridiculas quæstiones de iis exci-
 tent, futilibusque operibus præstandis se Sabbathum secundum Legem Divinam religiosissime ce-
 lebrare gloriantur. Nam si quis diligenter ad trutinam revocet, quæ die Sabbati agunt, vel
 a quibus abstinent, aperte intelliget, eos hominibus fucum facere superstitiosa rerum minima-
 rum, levissimarumque observatione, a vera autem pietate, veroque Dei cultu. quam longissi-
 me abesse. Quod si quis opera Judæis verita die Sabbati præcipua, & generalia, a quibus
 alia deinde derivantur, scire desiderat, habentur in מִשְׁנָה Mishnà sect. 2. cap. 39. Tanta au-
 tem religione, atque adeo superstitione Sabbati quies, & cessatio ab omni opere semper a Ju-
 dæis observata fuit, ut res suas divipi, urbes incendi, se demum in captivitatem abduci sæpius
 passi sint, ne hujusmodi præceptum violarent. Hinc Hierosolyma olim a Ptolomæo Lagi filio ob-
 desidum Judæorum oculos capta. Hanc superstitionem, & scrupulum ex eorum animis evellere
 conatus est Matthis Hassamoneus strenuissimus Judæorum Imperator, docuitque, nullo modo
 Legi Divine esse contrarium aggredientem hostem propellere, illatamque vim totis viribus tempore

quolibet propulsare. Nullas enim leges necessitati sancitas esse, quæ humane imbecillitatis patrociniū suscipiens, quidquid cogit, excusat, & defendit. Sed cum iterum postea hujusmodi præpostera opinio eorum animos invaſisset, a Pompejo, & Antiocho, portis effractis, stratisque muris, urbs diruta est, & excisa, Judæique ad aras sacrificantes pecudum more mactati, & occisi. Leges autem de Sabbato adeo superstitiose servando, & colendo Judæis a רבֵי יְהוּדָה Rabbi Jehudà inter ipsos magni nominis in תּוֹרָה שֶׁבְעַל פֶּה Lege Orali traditæ sunt. Ritus vero die Sabbati peragendi sunt clangor buccinæ, lucernarum accensio, mensarum instructio, & מִקְרָא Sacræ Scripturæ lectio. Circa vesperam igitur, Sole occumbente, quolibet die Veneris mulieres queque domi suæ lampada sex luminibus constantem accendunt; quod si oleum desit, ad illud parandum ostiatim a ditioribus pecuniam corrogant. Simul ac lampas ardere incipit, manibus versus eam sublatis brevem precationem mulier recitat, quæ est hujusmodi: בְּרוּךְ עֵתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם אֲשֶׁר קִדְּשָׁנוּ וְצִוָּנוּ לְהַדְלִיק נֵר שֶׁל שַׁבָּת *b. e.* Benedictus nunc Dominus Deus noster, Rex Mundi, qui nos præceptis suis sanctificavit, & lucernam Sabbatinam accendere præcepit. Quia vero precatio hæc ex Rabbinorum statuto esset recitanda, lucerna nondum accensa, ideo alteram manum ei opponit, ut splendor ab oculis removeatur, idque idem censetur, ac si lucerna non arderet. Eam porro ob causam mulieres adeo accuratè lucernarum accendendarum præcepto satisfacere conantur, quia מִשְׁנָה Misnà sect. 6. minuitur, eas propter tria potissimum peccata tempore partus interituras. עַל שְׁלוֹשׁ עֲבִירוֹת נָשִׁים מֵתוֹת בְּשַׁעַת לְרִצּוֹן עַל שְׂאִינָן *b. e.* Propter tria peccata mulieres moriuntur tempore partus: quia non satis cautæ fuerunt circa impuritatem suam menstruam, circa placentam farinaceam, & circa accensionem lucernæ. Premium vero sedulis, & attentis hac in re fœminis promittitur, & veluti merces proponitur doctæ, & eruditæ filiorum soboles. Implendæ quidem legi a Rabbinis traditæ satis esset lucernam unam accendere, pietatis tamen, & religionis exercendæ gratia singulas accendunt. Solent autem Parvesfamilias die Veneris mulieres de lucernarum accensione admonere, ne forte vel negligentia, vel oblivione hujusmodi munus prætereant. Quod si a Christi fidelibus lucernæ Sabbatinæ accenderentur, irrita, & inanis esset accensio. Cur autem lucernarum accensio ad fœminas pertineat, omissis aliis futilibus, & inanibus rationibus a Judæis excogitatis, ea potissimum videtur ratio esse, quia mulieres intra domesticos parietes conclusæ rei domesticæ curam gerere solent, viris interim aliis rebus, occupationibusque disentis, & implicatis. Accensis vero lampadibus, instruuntur mensæ, & cibi apponuntur, qui venturo etiam Sabbato sufficiant. Mane autem Sabbati tardius profectis diebus e lecto surgentes, & vestibus a quotidianis diversis induti, postquam in Synagogam convenerunt, præpositis quibusdam Psalmis,

& Precibus absconditum in arca, & repositum Sacrum codicem extrahunt, unamque Sacrae
 Scripturae Sectionem ab ipsis appellatam פְּרָשָׁה Parascà legunt cum ejus compendio הַפְּטָרָה
 Aphtarà dicto. Post hæc toti cœtui benedicuntur, duæque Preces adduntur, in quarum altera
 oratur pro Principe, cui serviunt; in altera vero Sacrificium stante Templo die Sabbati of-
 ferri solitum recitatur. Tam ante, quam post meridiem nonnulla a Rabbiniis dicuntur ad ex-
 plicationem, interpretationemque eorum, quæ in תּוֹרָה Sacra Scriptura lecta sunt, pertinen-
 tia. His expletis, epulantes, genioque indulgentes diutius, quam reliquis hebdomada diebus,
 tribus vicibus mensæ accumbunt, scilicet semel vespere Veneris, & bis die Sabbati, & in
 cibum, potumque multi adeo se ingurgitant, ut craspula sepe crapulam excipiat. Hoc præce-
 pro de tribus convivii Sabbato celebrandis adeo se teneri volunt, ut ne pauperibus quidem,
 & ex aliorum misericordia viventibus iis abstinere permittatur. Solent etiam die Sabbati Nu-
 ptias sæpiissime celebrare læta omnia futurae prolis inde capientes. Rationem eas celebrandi a me
 semel conspectam, atque ad unguem descriptam vide pag. 429. In Nuptiis celebrandis die
 Sabbati vetitum ipsis instrumenta musica pulsare, concessum tamen Christi fidelium opera ad
 edendum sonum uti. Cæterum opera die Sabbati Judeis a Rabbiniis permissa ad tria sum-
 ma capita referuntur, ad necessitatem, charitatem, & pietatem. Necessitatis opera ea Rabbini
 censent, quæ sine magno vite periculo, vel detrimento in crastinum differri nequeunt, ut æ-
 groto remedium adhibere, medicinam diluere, parienti præsto esse, Libros sacros, cibum Sab-
 baticum, & pueros ex incendio extrahere, adversarium, hostemque mortem inferre conantem
 repellere. Quod vero attinet ad charitatis opera, cum Judei admodum sint inhumani, &
 crudeles, putentque in iis semper periculi summi, & presentissimi rationem habendam esse,
 ne Sabbatum violetur, ideo definiri non posse existimo, quænam isthæc opera sint, quæ sine
 Sabbati violatione ab iis exerceantur. Nam quid attinet dicere, utrum liceat a serpente, vel
 urso Judeum appetitum Sabbato defendere, vel in foveam prolapsus auxilium ferre, cum le-
 gamus, hominem impense superstitiosum casu in latinam immersum ibidem sponte perisse?
 Cum enim in cloacam incidisset Judeus quidam TeucKsburgi anno millesimo ducentesimo vi-
 gesimo, & ab ea erui Sabbato renuens decretum audisset a Richardo de Clara Comite Glo-
 vernie ad deterrendum hominem factum, ne extraheretur die Dominico sequenti, maluit ho-
 mo bonus pervicaciter frigore, & fœtore illic interire, quam obstinatam, stultamque animo
 infixam superstitionem abjicere. O amentiam incredibilem! Jam vero quam pietatem ex ani-
 mi, & cordis intimo promanantem in Judeis agnoscas? In Synagogis enim Sacram Scripturam
 legentes, & Preces recitantes blaterones potius videntur, quam deprecatores; tempus vero
 Dei venerationi, & cultui divinitus constitutum, & misericordiæ divinæ implorandæ assigna-
 tum comedando, obambulando, inanes sermones invicem ferendo ut plurimum misere insu-
 munt.

cretum, statutum Rabbinicum. *Hinc in Tractatu חגיגה Chagigà fol. 16. לעולם אל תהא שבות קלה בעיניך שהרי סמיכה אינא אלא משום רבות: b. e. Numquam sit statutum Rabbinicum vile in oculis tuis. Nam ecce manuum impositio non est, nisi statutum Rabbinicum, & tamen disenserunt de ea Magnates sæculi. דברי שבות Verba statuti Rabbinici; Statutum Rabbinicum. הוֹאֵת שְׁבוֹת Aspersio, sive condimentum doctrinæ Rabbinicæ.*

מְשֻׁבוֹתָי Sabbatarii. *Fuerunt Heretici, qui veram Sabbati observationem juxta doctrinam Christi profitebantur. Ab Eusebio lib. 4. Histor. Eccles. cap. 22. μαροβωταῖοι appellantur, & inter Hereticos recensentur.*

שַׁבְּתָא Sabbatæus. *Ita vocatur planeta Saturnus, quia diei Sabbato præest, quemadmodum alii planete aliis hebdomadae diebus.*

שִׁבְתָּא Sivtà. *Nomen spiritus immundi, noctu ob noctis impuritatem manibus hominum insidentis, aut etiam interdium, quoties homines mane aqua recte non abluerunt manus. Itaque ajunt Rabbini, quidquid tunc agitur manibus, male agi. Vide de eo Tractatum חולין fol. 107. הענית fol. 20. & יומא fol. 77.*

שָׁנָא Deesse, deficere, desiderari, requiri. Numer. 31. 49. 1. Sam. 25.

15. **אַשְׁנֵי** Idem.

שְׁנֵי Vide in שאג.

שָׁנָא Crescere, multiplicari, augeri. Dan. 3. 31. Esdræ 4. 22.

שְׁנֵיא Amplus, multus. Dan. 2. 6. *Adverbialiter* multum, vehementer, plurimum. Dan. 5. 9. & 6. 14.

שָׁנֵב Exaltare, extollere, protegere, defendere. Psal. 20. 2. robore. Psal. 91. 14. Prov. 4. 6.

שְׁגָרָא Amygdala, arbor, & fructus, vel amygdalum. Eccles.

12. 5. *Plur.* **שְׁגָרִין** amygdala. Genes. 43. 11. Num. 17. 8.

שְׁגָרֹנָא Spasmus. *Nonnullis coxendicum dolor, vulgo Sciatica. In גטין fol. 69.*

לְשַׁגְרוֹנָא Ad Ischiaticam afferat vasculum plenum saluginis pisciculorum. *R. Salomon ibidem scriptum reliquit שְׁגָרֹנָא esse הַיִּרְכָּים morbum femorum, & coxendicis.*

שָׁנָה **אַשְׁנֵה** Prospicere, respicere, providere, rationem habere. Job 2. 2.

הַשְׁנִיחַ Curare, rationem, & curam habere, attendere. *Proprie de Deo adhibetur, cujus providentia omnia reguntur, & gubernantur, juxta illud Prov. 15. 3.*

בְּכָל־מְקוֹם **עֵינֵי יְהוָה צְפוּת רְעִים וְטוֹבִים** In omni loco oculi Domini speculantur bonos, & malos. *Hinc R. Levi Job 4. ait, Jobum ab initio in ea sententia fuisse pœnitentiam, & Preces ad Deum effusas inanes prorsus esse, ac להיתרו בלתי משגוה בזה, sine ullo fructu,*

העולם השפל *h. e.* quod ipse non prospiceret in hunc Mundum inferiorem. *Addic etiam, eum fuisse* נבוך ומבולבל perplexum, & confusum in iis, quæ ad providentiam divinam pertinent. *Rabbinis aurem admodum frequentes sunt hi dicendi modi:* לא הוה קא משנח ביה Non curavit istud; לא השניחו עליה Non attenderunt ad istud, non curarunt istud.

שגל, שגלתא, שגלחא Uxor, conjux, proprie Regis, vel Imperatoris. *Talmudistis regina. Plur. שגלן, שגלת, שגלות uxores, conjuges. Dan. 5. 2. & 23. In Tractatu* ראש השנה *Rofc hafcanà fol. 4. ajunt:* שגל מלכתא היא Semper Scegal Regina est. *Hinc etiam R. Salomon Pfal. 45. 10. שגל interpretatur per מלכה Reginam, & Nehem. 2. 6. legitur:* Dixit mihi Rex, ויהשגל יושבת אצלו uxore affidente ipsi.

שגר Mittere, dimittere, abjicere, emittere, ejicere, projicere. *Isa. 22. 19. Jerem. 22. 19. Deuter. 28. 26. ויהיו שגריין Et erunt calidi, & calefient. Ezech. 39. 9. Sic explicant Biblia Regia.*

שגשג *Pabel. Turbare, conturbare, dissipare, terrorem incutere, profligare, tumultuari, strepere. 1. Sam. 7. 10. Esth. 9. 24. Ithpabel אשתגשג, vel Ithpabel אשתגשג, אשתגשג, אשתגשג turbati, conturbati, commoveri, concuti. Isa. 29. 9. tumultuari, fremere, pestrepere. 1. Sam. 4. 5. 1. Reg. 1. 41. Jerem. 25. 27.*

שגשג *Pabel. Idem ac שגשג. Ithpabel אשתגשג conturbati, perturbati ad insa-*

niam, insanire. *Nah. 2. 4. Jerem. 51. 7. שגשג, שגשג, שגשג, שגשג Turbatio, perturbatio, conturbatio, strepitus, tumultus, seditio. Zach. 14. 13. Pfal. 19. 4. murmurator, susurro. Prov. 18. 8.*

שגשג *Idem. Esth. 6. 1. in Targum secundo.*

שגשג *Idem. Esth. 1. 10.*

שדא, שרי Jacere, abjicere, dejicere, ejicere, projicere, præcipitare. *Job 38. 6. jaculari, ejaculari, jaculis conficere. Jerem. 50. 14. 1. Sam. 20. 20. fundere, effundere, profundere. Thren. 4. 11. Exod. 2. 9. Pfal. 69. 25. שרי, שדא Idem. Talmudicis nere. Ithpabel אשתרי abjici, ejici, projici. Numer. 35. 33. in Jonathane: commoveri, agitari. Isa. 24. 19. volare. Isa. 6. 6. אשרי אשרי effundere. Ezech. 24. 9. Particip. וּמְשָׁרִי & projiciebat. 2. Sam. 16. 13.*

שריות, שריות Effusio, profusio. *Gen. 49. 12. in Jonathane. Numer. 35. 25. & 33.*

אשתריות Motio, commotio, agitatio. *Isa. 7. 2.*

שד, שור, שירא Dæmon, Satan. *Plur. שדין, שירין Dæmones. Pfal. 91. 6. Isa. 34. 14. Dæmon dicitur שד quasi vastator, & perditor a Verbo שור perdere, vastare, quia rationes omnes, & modos excogitat, quibus hominum genus perdat, & destruat. Ex Talmudicis נאמרו בשירים ששה רברים שלשה ככני ושלשה ארם: Sex proprietates dicuntur de Dæmonibus, in tribus similes sunt Angelis,*

& tribus similes sunt hominibus. *Ajunt itaque, Dæmones habere alas sicuti Angeli, volare ab una extremitate Mundi ad alteram sicut Angeli, futura scire sicut Angeli. Edere autem, & bibere sicut homines, gignere, & multiplicari sicut homines, & mori sicut homines. Alia multa absona, absurda, & a veritate profus aliena imperite plebecula obtrudunt Rabbini credenda in scriptis suis. Audi, si potes, sine stomacho, & indignatione, quæ scribit R. Salomon ad Psal. 89. v. 33. השירים בני אדם הראשון היו דæmones filii Adami primi fuerunt. Undenam tam ineptam opinionem hausit R. Salomon? ex Magistris Talmudicis fabularum & naniarum ut plurimum inventoribus. Legerat enim in Talmude, Adamum a Deo acriter objurgatum, quod contra ejusdem præceptum ex arbore vetita comidisset, ac propterea excommunicatum per centum, & triginta annos, tunc primum generasse liberos secundum similitudinem suam. Hæc sunt ipsissima Talmudis verba: אמר ר' ירמיה בן אליעזר כל אותם השנים שהיה אדם הראשון בנידוי הוליד רוחין ושירין ולילין שנא ויחי אדם שלשים ומאת ונ' שנה b. e. Dixerat R. Jeremias filius Eliezer. Omnibus istis annis, quibus fuit Adam primus in anathemate excommunicationis, genuit spiritus, dæmones, & spectra nocturna, sicuti dicitur. Et vixit Adam triginta, & centum annos, & genuit liberos in similitudine sua, & in imagine sua, id docet, רעד האידנא לא אוליד quia ad hoc usque tempus non genuerat*

in similitudine sua. *Addit præterea R. Salomon, dæmones istos, ac malignos spiritus eo tempore ab Adamo ex fluxu seminis nocturni genitos fuisse, quo excommunicatus, & separatus ab uxore sua Eva fuerat. Quid vero dicendum de eo, quod legitur in בראשית רבא Berescith Rabbà sect. 20. & 24. Audi. R. Simon dixit כל אמן של כל החיים mater omnium viventium. Dixerat enim R. Simon: כל מאה ושלשים שנה שפירשה חוה מאדם היו רוחות הזכרים מתחממים ממנה והיא יולדת מהם ורוחות נקבות מתחממות מאדם ומולידות ממנו ההר אשר בהערתו והזכרתיו בשבט אנשים ובנגעי בני אדם b. e. Omnibus centum, & triginta annis, quando separata fuit Eva ab Adamo, fuerunt spiritus masculi incalescentes ab ea (b. e. concubuerunt cum ea) ipsaque pariebat ab illis: & spiritus fœminæ incaluerunt ab Adamo, & pariebant ab illo. Illud ipsum est, quod dicitur: Cum perverse egerit, castigabo eum virga hominum, & plagis filiorum hominum. 2. Sam. 7. 14. Placuit hæc afferre, ut ex his, & similibus conjiciatur, quanti a Christianis Rabbinarum Commentarii in Sacram Scripturam faciendi sint, cum hujusmodi interpretationibus absonis, ineptis, & absurdis passim scateant. שדי Omnipotens, præpotens. Est nomen Divinum Deum denominans a potentia summa, qua pollet: אלה שדי Ego sum Deus Omnipotens. Genes. 17. 1. Ex R. Salomone hoc nomen componitur ex Pronomine ש,*

וְרִי. *Quare Ego sum Deus שְׂרִי idem est, ac si diceret, לְכֹל בְּאֱלֹהוֹתַי לְכֹל בְּרִיהַ* quod est sufficientia, id est, sufficiens potestas in omnem creaturam.

שָׁרַךְ Quiescere, requiescere, pœatum, quietum, tranquillum esse. Jud.

30. 11. 2. Reg. 11. 20. *Pabel שָׁרַךְ* tranquillum reddere, sedare, placare. Psal. 90. 11. Job 37. 17. *Itbpabel אֲשַׁתְּרַךְ* sedari. Esth. 2. 1. & 7. 11.

שָׁרִיךְ Quietus, tranquillus. Job 21. 23.
שְׂרוּכִיא Quies, tranquillitas. Ezech. 16. 49.

שָׂרַל *Pabel*. Persuadere, pellicere, allicere. Judic. 14. 15. Ezech. 38. 4. Prov. 1. 10. *Itbpabel אֲשַׁתְּרַל* luctari. Gen. 32. 24. Cant. 3. 6. conari, operam dare, curare. Eccles. 1. 17. occupatum esse. Ruth 2. 20.

שָׂרַף *Itbpabel אֲשַׁתְּרַפָּא* aut communicando communicat apud se. 1. Reg. 18. 27. *אֲשַׁתְּרַף* aduri, uredine tangi: *vel Itbpabel אֲשַׁתְּרַף*: *שָׂרַף אָגֵר שְׂנֵי שָׂרַפָּה* ager, qui adustus est. *In compendio Aruch manuscripto legitur ad marginem in littera Aleph: אֲשַׁתְּרַף אֵילָן* b. e. est arbor vetula, quæ nullos amplius profert fructus.

שְׂרַפְנָא Adustus, uredo segetum. Deuter. 28. 22. 1. Reg. 8. 37. Amos 4. 9.

שָׂרַךְ *Pabel* Mittere, emittere. Prov. 26. 6. Esth. 9. 19. luctari, contendere. Gen. 32. 25. *in Targum Hierosoly-*

mitano. Itbpabel אֲשַׁתְּרַךְ mitti, emitti. Prov. 17. 11. Job 18. 8. conari, fatagere, contendere, operam dare. Dan. 6. 15.

שְׂרָרָא, **שְׂרָרָא** Dorsum, spina dorsa. **אֲשַׁתְּרָאִין** & duplex dorsum. Deut. 14. 7. *in Targum Jonathanis.*

אֲשַׁתְּרִיר Conspiratio, rebellio. Esdrae 4. 15. & **אֲשַׁתְּדוּר** Thren. 1. 1. & **אֲשַׁתְּדוּר** Cant. 5. 17. *R. David Kimchî vult, rebellionem ita dici a mittendo, quia ad rebellionem proclives solent sepe mittere ad eos, a quibus auxilium, & subsidia flagitant.*

שָׂהָא, **שָׂהָא** Morari, cunctari, tardare, expectare, præstolari. Exod. 19. 39. mirari, admirari, obstupescere. Gen. 24. 21. Isa. 29. 9. *Itbpel אֲשַׁתְּהִי* detineri. Gen. 32. 24. *in Jonathane. Ex Aphel Particip. וְלֹא מַעֲהִי* & non cunctatur. Deut. 7. 10. *in Targum Hierosolymitano. In משנה Misnâ Tractatu יבמות Jevammôt cap. 6. & jure Hebraeorum legitur: נִשְׂא אִשָּׁה וְשָׂהָה עִמָּה עֶשֶׂר שָׁנִים וְלֹא יִלְדָה אִינָן וְכֹי לִיבְטַל וְכוּ* b. e. Si quis duxerit uxorem, & moratus fuerit cum ea decem annis, & non pepererit, non est ei permissum otuari &c. *videlicet a procreandis liberis, sed expellet eam, vel ducet juxta eam aliam. Expulsa potest duci ab alio, qui potest etiam לְשָׂהָה morari cum ea per decem annos. Id confirmatur Abrahami exemplo, qui post decem annos cum Sara sterili traductos ancillam Agar duxit. Genes. 16. 3.*

שְׁחֻתָּא *Vasitates: alii legunt שְׁחֻתָּא* Psal. 73. 18. *וְשֵׁנִי בְּיָמַי כְּשֵׁנִי בְּיָמַי דְּלִילִי*
שְׁחֻתָּא *Haec duae voces פְּהִי שְׁחֻתָּא sunt abbreviate, & symbola aliarum vocum, quarum prior שְׁחֻתָּא pro שְׁכַת הַיּוֹם Sabbatum est hodie: altera פְּהִי pro פֶּסַח הַיּוֹם Pascha hodie. In נִמְרָא Ghemarà ad verba illa Esth. 3. 8. וְדָתֵי הַמֶּלֶךְ אֵינָם עוֹשִׂים Et leges Regis ipsi non faciunt, legitur דְּמַפְקִים דְּמַפְקִים quod proferunt, sive proloquuntur, & excipiunt toto anno, Sabbatum est hodie, Pascha est hodie. In Tractatu מְגִלָּה Megillà fol. 13. Nimirum ubi excitantur ad obeunda munera, & praestandas operas pro Rege, ut ab iis se excimant, respondent, & reponunt; Sabbatum nostrum hodie est, Pascha hodie est, ac propterea omnino vetitum quodlibet servile agere. Sic in Targum secundo libri Esther cap. 3. 8. Substantiunt, & saltant (in Festo Tabernaculorum) instar hædorum; neque scimus, num maledicant nobis, an vero benedicant, vocantque illud Festum Tabernaculorum, neque faciunt opus Regis, dicentes nobis: Dies prohibitus est nobis לְכוּלָּא שְׁחֻתָּא ומפקין לכולא שְׁחֻתָּא & producunt toto anno illud; Sabbatum hodie est; Pascha hodie est, neque faciunt in eo opus aliquod Regis &c.*

שְׁחֻתָּא *Vide in סְחָר*.

שְׁחֻתָּא *Vigilat. Esth. 6. 1. Quaedam exemplaria male scribunt*

per 7.

שְׁחֻתָּא, *שְׁחֻתָּא* *Æquari, æqualem esse.*

Psal. 139. 12. commodum, utile, dignum, aptum, idoneum esse, convenire, expedire, conveniens esse, Isa. 16. 6. Esth. 2. 1. in Targum secundo. valere: admirari, obstupescere. Habac. 1. 5. æquare, adæquare, assimilare, comparare. *אִשְׁתָּבַח אִשְׁתָּבַח* æquari, adæquari, comparari, æstimari, simile, æquale esse, vel fieri. Psal. 49. 13. 21. & 89. 7. tremere, contremiscere, trepidare. Isa. 66. 2. poni, reponi, collocari. Job 20. 4. Ezech. 1. 15. *אִשְׁתָּבַח* ponere, apponere, deponere, imponere, reponere. Genes. 21. 14. Dan. 5. 21. 1. Sam. 4. 20. sternere, substernere, stratum ponere. *אִשְׁתָּבַח* poni, deponi, reponi. Dan. 3. 29. *אִשְׁתָּבַח* æstimare. Psal. 48. 10. *שְׁחֻתָּא*, *שְׁחֻתָּא*, *שְׁחֻתָּא* *Æqualis, par, æquus, idoneus, dignus, aptus, utilis: æquum, justum. Esth. 2. 1. in Targum secundo. Plur. שְׁחֻתָּא* *æquales. Psal. 139. 12.*

שְׁחֻתָּא *Æquitas, æquabilitas. Esth. 3. 8. in Targum secundo.*

שְׁחֻתָּא, *שְׁחֻתָּא*, *שְׁחֻתָּא* *Stratum, cubile, lectus, sponda. 1. Reg. 1. 47. sedes, locus. 1. Sam. 20. 25. Plur. שְׁחֻתָּא* *lecti. Amos 2. 8.*

שְׁחֻתָּא *Idem. Deuter. 28. 28. in Jonathan.*

שְׁחֻתָּא *Vide supra in שְׁחֻתָּא.*

שְׁחֻתָּא, *שְׁחֻתָּא* *Fundamentum, basis. Ezech. 43. 24.*

שְׁחֻתָּא *Idem. Job 30. 22.*

שְׁחֻתָּא, *שְׁחֻתָּא* *Strata, tapetes locorum. Prov. 31. 22.*

שְׁחֻתָּא *Senescere, consenescere, ca-*

nescere , canum feri. 1. Sam. 12. 2.

שוד Fundere , effundere . *Ithpehal*
Præteritum על דם ופי ראשִׁיר
 propter sanguinem innocentem , qui effu-
 sus est. Isa. 26. 21.

שיר Vide in שדר , שיר .

שוח Apparere , nasci , oriri , exoriri ,
 germinare. Prov. 27. 25.

שוח Curvari , incurvari , deprimi ,
 dejici. Psal. 10. 10. & 38. 7. Job
 9. 13.

שוח Demissus , dejectus. Job 22. 29.

שוח , **שוחתא** Fossa , fovea. Psal.
 94. 13. Job 33. 18. vastitas , vastatio. Job
 30. 3. *Plur.* שוחן foveæ . Psal. 119. 85. *A*
Rabbinis etiam accipitur pro מצורה rete .

שיח , **שיחא** , **שיחא** Idem . Psal. 35. 7. &
 57. 7. *Apud Rabbinos חבורות והשיחין*
 Cisternæ , foveæ , & speluncæ :
שיח חופר בור שיח ומערה Fuit fodiens
 cisternam , foveam , & speluncam . *A Tal-*
itudinis hæc distinguuntur . Etenim apud ipsos
בור cisterna est rotunda : **שיח** fossa est lon-
 ga , & angusta : **מערה** Spelunca est qua-
 drata , & *tecla tabulato , cui tamen inest ori-*
ficium : **חריצין** sunt foveæ quadratæ , & *la-*
te , ut מערות , sed undique aperte : **נעיצין**
 fovee angustæ infra , at *superne late .*

שחיתא Idem . Psal. 16. 10.

שיחי Torcularia. Zach. 14. 10.

שוח *Hebraice .* Meditari , loqui , col-
 loqui , eloqui . *In Targum raro*
occurrit . Job 7. 11. Numer. 21. 28. *in Jona-*
thææ .

שיחא Loquacitas , sermo , confabulatio .

יוחנן בן זכאי Johannes filius Zacchæi *toto vitæ sue*
tempore ne ullum quidem verbum profanum
locutus est . Quid vero sit שיחת דקלים
 sermo palmarum ex *Baal Avûch in סח col-*
ligitur , cujus verba hæc sunt . Die tranquil-
 lo , quo nullus plane venti flatus animad-
 vertitur , solent in iis locis , ubi in hac re
 sunt exercitati , inter palmas linteum ex-
 pandere , quod si commoveatur , stant in-
 ter duas palmas vicinas , & aspiciunt , quo-
 modo rami illarum agitentur inter se invi-
 cem . In hac re certa habent signa , ex
 quibus periti multas res possunt cognosce-
 re . Sic dicunt de Mar , sive Domino A-
 brahamo Gaon , qui vixit anno 1140.
שהיה מכיר בשיחת **הוא משוטטין**
 quod cognoverit sermonem palma-
 rum .

שוט Itare , circuire , spatari , vaga-
 ri , deambulare , peragrare , dis-
 currere , accurere . Num. 11. 8. Job 1. 7. sul-
 care , remigare . Ezech. 27. 6. natate . Isa.
 25. 11. exundare . Thren. 3. 54. spernere ,
 despiciere , contemnere . Genes. 25. 34. Psal.
 22. 25. levem esse , *vel fieri :* linere , illi-
 nere in *Avûch . Ex Pabel Partic .* **הוא משוטטין**
 fuerunt currentes , sc. conversæ , respicien-
 tes . Gen. 22. 10. *in Targum Hierosolymita-*
no . **אשית** spernere , contemnere . 2.
 Sam. 19. 43. *Ithpehal* **אחשט** sperni , con-
 temni , despici . 1. Sam. 2. 30.

שט , **שט** , **שט** , **שט** Contemptus ,
 le-

levis, despectus, vilis. Psal. 15. 4. 1. Sam.

15. 9. 1. Reg. 16. 31.

שְׁטוּחָא Contemptus. Prov. 12. 8.

שֹׁטָא Flagellum, scutica. Prov. 26. 3.

שׁוּטִיחָא Virga, baculus, scipio. Jud. 6.

21. 1. Sam. 14. 43.

De Myrti ramo gestari solito ante Sponsam die Nuptiarum.

Interdum שְׁטוּחָא apud Talmudicos est myrti ramus, cum quo in solempi Nuptiarum die solebant prae laetitia ante Sponsam saltare. In Annotatione R. Salomonis in שבת Sabbat fol. 77. legitur: שְׁטוּחָא שְׁטוּחָא h. e. Ramus myrti, qui dicitur שְׁטוּחָא est שְׁטוּחָא stultitia, vel, dicitur quasi שְׁטוּחָא stultitia, quia saltans hoc pacto stultus videtur. Verbum autem שְׁטוּחָא interpretatur בר שֵׁל הָרֵם baculum myrti, cum quo ante Sponsam saltant. In Tractatu כחובות Chetuboth narratur accidisse, ut senex quidam Rabbini cum ejusmodi ramo myrteo saltaret. Itaque qui aderant indignatione summa commoti acriter ad inania, & vilia declinantem increparunt, Rabbini honorem, & majestatem ea ratione contemni arbitrantes. Cum igitur sinistrum omen in ejus morte apparuisset, alii dicebant ליה שְׁטוּחָא לסבא Hic est fructus rami myrtei senis (cum quo nimirum saltavit): alii vero שְׁטוּחָא לסבא stultitiae senis: alii שְׁטוּחָא לסבא consuetudinis pravae senis.

שֹׁטָא Virga. Num. 22. 27. in Jonathane.

שְׁטוּחָא, שְׁטוּחָא Natator. Isa. 25. 11. remex. Plur. שְׁטוּחָא remiges. Ezech. 27. 6.

שְׁטוּחָא Remus. Instrumentum natationis navium. Ezech. 27. 29. Plur. שְׁטוּחָא Remi. Isa. 43. 14.

שְׁטוּחָא Radix: imum rei, fundum. Plur. שְׁטוּחָא radices. Isa. 6. 9.

שְׁטוּחָא, שְׁטוּחָא Discipulus: Scholaris. Rabbini, & Talmudicis in usu.

שְׁטוּחָא, שְׁטוּחָא Nomen. Hec forma non solet habere *n* emphaticum, neque affixa, excipie nonnulla loca, neque numerum pluralem. Cum Pronomine igitur reperitur שְׁטוּחָא Genes. 5. 2. וְקָרָא יְת' שְׁטוּחָא. Et vocavit nomen ipsorum; quemadmodum

etiam Deuter. 7. 24. & 12. 3. Apud Masorethas in usu שְׁטוּחָא בר נְשָׁא nomen filii viri, h. e. nomen proprium hominis.

שְׁטוּחָא Aliquid. Si ei addas negationem, ut שְׁטוּחָא לֹא significat nihil, nihil omnino: שְׁטוּחָא propter: שְׁטוּחָא, vel שְׁטוּחָא propterea, propterea quod: שְׁטוּחָא על שְׁטוּחָא מַה? quare? quare? שְׁטוּחָא מַה? quare? quare? שְׁטוּחָא על שְׁטוּחָא sine interrogatione: שְׁטוּחָא propterea quod non: שְׁטוּחָא מִן שְׁטוּחָא propterea quod dictum est: שְׁטוּחָא אִין שְׁטוּחָא nullus homo.

שְׁטוּחָא Allium. A Rabbini propter acrem saporem, & odorem dicitur שְׁטוּחָא כְּעַל כְּבִי allium auctor, sive causa fletus, cum gravi, & acri odore suo lacrymas excitet. In קמח Ba.

Bavà Kamà fol. 82. *quinque virtutes allio inesse dicuntur* : חמשה דברים נאמרים בשום משביע ומשחין ומצהיל פנים ומרבה הזרע והורג כינים שבבני מעיים ויש אומרים מכנים אהבה ומוציא את הקנאה; *b. e.* Quinque res dicuntur de alio, saturat, calefacit, splendidam reddit faciem, multiplicat semen, & occidit vermiculos in intestinis. Alii dicunt etiam, eum gignere amorem, & tollere zelotypiam.

שומא Tumor, inflatio. Levit. 13. 2. *in Jonathane*: macula, nota. Num. 19. 2. *in Jonathane*: angulus, extremitas, latus. Levit. 19. 27. *in Jonathane*. Talmudistis verruca: השומא על הזמא Non perhibent testimonium de verruca. Nimirum vir cuiusdam mulieris dicitur mortuus: quidam testatur, se eum mortuum vidisse, & fuisse maritum mulieris illius probare vult signo externo, videlicet verruca, quam in aliquo membro corporis habuerit. Huiusmodi testimonium ex verruca desumptum nihil omnino valet ad probandum, neque a Judicibus admittitur.

שום, שים Ponere, apponere, adhibere, proponere, statuere, constituere. *Itbpehal* אָתָּם poni, apponi, constitui.

שוע Linere, oblinere: calce obducere. Deut. 27. 2. *in Jonathane*. *Itbpehal* אָתָּשׁע illini, calce obduci. Levit. 18. 43. 48.

שיע, שיעא Lutum, cæmentum, tectorium, calx. Gen. 11. 3. Numer. 19. 15.

nervus, manica, compes. Job 13. 27.

שועא Petra, rupes *in Targum*. Prov. 30. 19.

שועא Liberalis, nobilis, dives. Job 34. 19.

שועית Vide in שעה.

שוף Terere, conterere, contundere, comminuere. Psal. 94. 5. ungi, inungi. Deut. 28. 40. 2. Sam. 14. 2. Mich. 6. 15.

שוקא, שוק, שוקא, שוק, שוק Armus, crus. Exod. 29. 22.

Numer. 18. 18. *Plur.* שוקין crura. Deuter. 28. 35. *Rabbinis* בְּתֵי שֻׁקִים Domus crurum, *b. e.* caligæ. *In ברכות* Berachot fol. 24. שוקא בְּאִשָּׁה עֶרְוָה Crura in muliere res pudenda sunt, scilicet crura nuda. Hinc in more positum apud Judæos est, ut ipsorum mulieres, & puelle demissis ad talos vestibus verecundie causa utantur, ne viros ad libidinem excitent.

שוקא, שוק Vicus, platea, forum. Eccl. 12. 4. Prov. 7. 8. בְּשֻׁק in platea, foris. Gen. 9. 22. שוקא? foras. *Plur.* שוקין vici, plateæ. Zach. 9. 3. Ezech. 7. 19. & שוקין Prov. 26. 13. *Rabbinis* illud tritum מי שאין לו רמים לא יצא בשוק Cui non sunt pecuniæ, non exeat in forum. Cum enim sine pecunia res in foro prostantes comparari non possunt, qui ad forum accedit ea destitutus, rerum omnium in eo copiam, & abundantiam conspicatus tristitia afficitur, vel salutem eas malo, ac pravo animo appetit, & concupiscit.

שׁוֹק Humiliare, deprimere, dejicere. Unde **לְמִשׁוֹק** Pſal. 74. 3. *Elias legit לְמִשׁוֹה*. *Biblia Regia*, & *Pſalterium Nebienſe* **לְמִשׁוֹח** ad humiliandum.

שׁוֹר Solvi, diſſolvi. Amos 3. 5. habitare, commorari. Pſal. 36. 8.

שׁוֹר, **שׁוֹרָא**, **שׁוֹרָא** Murus. Genef. 49. 6. Thren. 2. 8. *Plur.* **שׁוֹרִין**, **שׁוֹרִיא**, **שׁוֹרִיא** muri. Exod. 14. 22. 2. Reg. 25. 4.

שׁוֹר Umbilicus. *Hebraice* שָׁרָר.

שׁוֹר, **שׁוֹרָא**, **שׁוֹרָא** Canticum. *Plur.* **שׁוֹרִין**, **שׁוֹרִיא** cantica.

שׁוֹר Vide in שׁוֹר.

שׁוֹר Salire, ſubſilire, inſilire, exilire, ſaltare: inſolentem eſſe. *Pabel* שׁוֹר idem. Exod. 17. 8. *in Jonathane*. Job 37. 1. Cant. 2. 8. *Item* ſubſilire fecit. Pſal. 29. 6.

שׁוֹר, **מִשׁוֹר** Saltator, qui *foſſum tranſiit, vel in altum exſiit.*

מִשׁוֹרָתָא Saltus. *In Tractatu סנהדרין Sanhedrin fol. 64 כְּמִשׁוֹרָתָא דְּפּוּרִים* Sicut ſaltus (*puerorum*) in Feſto Purim, *b. e. fortium, quando Aman acerrimus Judaeorum hoſtis ſortes miſit ad eos penitus delendos. Nunc iſtud Feſtum eſt Hebraeorum bacchanalia. Vide hujus Lexici pagi 457. In Aruch autem haec habentur.* Moris eſt in toto Mundo, ut pueri, & juvenes in Feſto Purim, ſive fortium faciant effigiem Amanis, eamque primo ponant in teſtis aedium (*in memoriam alti patibuli, in quo fuit ſuſpenſus*) deinde faciant rogum, & projiciant iſtam effigiem in ignem, lati-

que circa ignem ſtantes vociferentur, cantant, & hilaria instrumentis muſicis agant. Habent etiam latum annulum in igne ſuſpenſum, per quem ſaltant ab una parte ignis ad aliam, qui annulus vocatur **מִשׁוֹרָתָא**, *quasi diceretur* בית קפיצה locus ſaltus.

Hinc etiam dicitur מִשׁוֹרָתָא ſtapia, vulgo Staffa, annulus, cui pes unus inſigitur ad ſaliendum in equum. *Due autem ſtapie ex ephippio utrinque pendentes equiti inſerviunt, ut equo commodius inſideat.*

שׁוֹת Ponere, componere, imponere, diſponere, reponere.

שׁוֹתָא Fundamentum. Eccleſ. 3. 11.

שׁוֹת, **שׁוֹתָא** Meditatio, colloquium, e- loquium, oratio, fermo: proverbium, di- cterium. Job 30. 9.

שׁוֹב, **שׁוֹב** Eruere, eripere, libera- rare, ſervare. Exod. 12. 27. 2.

Sam. 12. 7. *Ithpehal* אֶשְׁתִּיב eripi, libera- ri, evadere, elabi. 1. Sam. 19. 18. Amos 9. 1. Mich. 4. 10.

מִשׁוֹב, **מִשׁוֹבָא**, **מִשׁוֹבָא** Evaſor, pro- fugus, ſuperſtes, reliquus, reſiduus, libe- ratus. Jerem. 44. 14. 2. Reg. 9. 15. *Plur.* מִשׁוֹבִין profugi. Jerem. 44. 14. Iſa. 45. 20. Ezech. 6. 9.

שׁוֹבָתָא, **שׁוֹבָתָא**, **שׁוֹבָתָא** Evaſio, aſylum, receptio, refugium. Jud. 21. 17. Joel. 2. 32. Ezech. 14. 22.

שׁוֹנ Lavare, abluere. Pſal. 58. 11. Genef. 43. 23. *Pabil* שׁוֹנ lotus, ablutus: nitidus. Job 33. 9. *Pabel* שׁוֹנ idem.

dem. Genes. 43. 31. in Jonathane. *Itbpehal*
 אֶשְׁתוּג lavari, abluvi. Prov. 30. 12. *Hoc Ver-*
bum præcipuo obvium in Targum Hierosolymita-
tano.

שׁוּג, שׁוּג Lotio, ablutio. Pfal. 60. 10.

שׁוּג Liquor. Num. 6. 3. in Targum Hierosolymitano.

שׁוּר שׁוּר Filum contortum, duplicatum. Exod. 26. 1. *Plur.* שׁוּרין
 Exod. 39. 3. in Jonathane.

שׁוּרְתָא Spina dorfi. Levit. 3. 9. Ecclef. 12. 5.

שׁוּרְתָא Munus exhibere. Job 6. 22. Ezech. 16. 33.

שׁוּרְתָא, שׁוּרְתָא Munus, donum. Exod. 23. 8.

De שׁוּרְתָא munere a Judicibus non accipiendo.

*Hoc nomen שׁוּרְתָא usurpatur de munere, quod datur, ut judicium corrumpatur. Hinc illud Deuter. 27. 25. ארור לוקח שׁוּרְתָא Maledictus, qui accipit munus: & Exod. 23. 8. Et munus non accipies: nam munus excæcat Sapientes. Jure itaque optimo Salomon Proverb. 29. 4. scriptum reliquit: מַלְךְ כְּמַשְׁפָּט יַעֲמִיד אֶרֶץ וְאִישׁ תְּרוֹמֹת יִהְרַסְנָה Rex judicio stabiliet terram, at qui munera accipit, vastabit eam. Talmudici ad hunc locum scriptum reliquerunt: Quando similis est Judex Regi, qui nulla re indiget, stabiliet terram: quando autem similis est Sacerdoti mendicanti ad horrea, vastat eam. *Iidem Talmudici rationem & etymologiam nominis שׁוּרְתָא munus quærentes ajunt, illud ita dici, quia efficit, ut unus tantummodo sit dans, & accipiens, nempe ut Judex accipiens pronunciet id, quod litigans dans petit. Hinc in כתובות Chetubòth fol. 105. Dixit Rabbà bar Schela: b. e. הא דיינא דשׁוּרְתָא חוֹבָת רינא מאי טעמא דשׁוּרְתָא כיון דקביל לה שׁוּרְתָא מניה לה איקרבא ליה דעתיה לגביה והוי כגופיה ואין אדם רואה חובה לעצמו מאי שׁוּרְתָא: b. e. Quæ est ratio nominis שׁוּרְתָא? posteaquam accepit sibi (Judex) munus ab ipso, accedit animus ejus ad ipsum dantem, ut fiat sicut ille ipse: homo enim non condemnat seipsum propter debitum. Sed quid est שׁוּרְתָא? quod ipse (accipiens) fit unus (cum dante). Deuteronomii cap. 16. sex monita Judici cavenda proponuntur, inter quæ recensetur præceptum de munere non accipiendo, quia munus Sapientum oculos excæcat. Hinc factum volunt, ut Salomonis tribunal sex gradus haberet juxta sex præcepta, quæ Deuter. 16. describuntur, cujus opus מלכים Regum lib. 1. cap. 10. v. 18. habetur וַיַּעַשׂ הַמֶּלֶךְ כֶּסֶף שָׁן גָּדוֹל וַיַּצְפְּרוּ זָהָב מוֹפָז: שֵׁשׁ מַעֲלוֹת לְכֶסֶף וְרֹאשׁ עֲנּוּל לְכֶסֶף מֵאַחֲרָיו וַיְרֹת מִוֶּה מִוֶּה וּמִוֶּה אֶל־מְקוֹם הַשֶּׁבֶת וּשְׁנַיִם אַרְצוֹת עֲמֻדִים אֶצֶל הַיְרֹדוֹת: וּשְׁנַיִם עֶשֶׂר אַרְצוֹת עֲמֻדִים שָׁם עַל־שֵׁשׁ הַמַּעֲלוֹת כְּוִה וּמִוֶּה לֹא נִעְשָׂה בָּן לְכָל־מַמְלָכוֹת**

b. e. Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestivit eum auro fulvo nimis. Qui habebat sex gradus, & summitas throni rotunda erat in parte posteriori, & duæ manus hinc atque inde tenentes sedile, & duo leones stabant juxta manus singulas. Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde. Non est factum tale opus in universis Regnis. Dicitur autem in more fuisse positum, ut, cum Salomon primum gradum ascenderet, præco elata voce, ut a circumstantibus omnibus audiretur, pronuntiaret: לא חטא משפט Ne pervertas iudicium: cum secundum, לא תכיר פנים Ne dignoscas personas: cum tertium, לא תקח שחד Ne accipias munera: cum quartum, לא תטע לך אשנה Ne conferas tibi lucum (videlicet idololatriæ causa:) cum quintum, לא תזבח לוי אלודיה Ne erigas statuam: cum sextum, לא תקים לך מצבה Ne facrifices Domino Deo tuo bovem, aut agnum. Ubi autem in supremo solio Salomon erat, ut consideret, præco eum his verbis admonerat: דע לפני מוי אתה יושב Scito coram quo tu fedeas. Ex nonnullis vero Rabbiniis habetur, sex leones utrinque in gradibus dispositos altera manu hæc sex monita insculpta tribunali demonstrasse, alteram vero expansam habuisse, quasi Iudices ea transgredientes essent discerpturi; postremum vero monitum de consessu duos leones ad manuum sustentacula collocatos indicasse. Hac de re mentionem faciunt R. Bechai ad Deuter. cap. 16. & alii Rabbini multis in locis in Commentario Rabbot, & abibi.

שָׁחָה Diruere, destruere, devastare. Isa. 37. 26. incurvare, inclinare se, decumbere. Job 38. 40. vastari, destrui. 2. Reg. 19. 24.

שָׁחַ Acuere, exachere. Psal. 7. 13. ligare Talmudistis. שְׁחוּזָת ligatæ.

שָׁחַל Educere, extrahere. Exod. 2. 10. in Jonathane.

שָׁחַלָּה Leo ferax, immanis. Prov. 6. 13.

שָׁחַם Nigrescere, nigrum, fuscum, atrum esse. Genes. 30. 32. Job 6. 16. & 30. 30.

שָׁחֹם, שָׁחִים Niger, ater, fuscus. Gen. 2. 7. in Jonathane. Plur. שְׁחִימִים nigri. Job 6. 16.

שָׁחַן Calere, calefieri, calefacere se. Exod. 16. 21. 1. Reg. 1. 1. Pabel

שָׁחַן calefacere, calefaciendo fovere. Job 39. 19. Jerem. 17. 11. **יִשְׁתָּחֵן** calefieri, calefacere se. Deut. 22. 11. in Jonathane.

שָׁחִין Calor, æstus. Isa. 18. 4. Eccles. 4. 11.

שָׁחִין, שָׁחִין Calidus, calens. In בעל

עֲרוּךְ Baal Aruch, b. e. Auctore Aruch

legitur: **מִשְׁלַח הַדְּיוֹטָה** עֶבֶר מִלָּךְ כְּמִלָּךְ

לְךָ Proverbium vulgare. Servus Regis est quasi Rex: adhære

calido, & calor erit tibi; ad verbum, &

calefcet tibi. Nimirum servi Regi proximi

ex ejus majestate, & splendore dignitatem,

Et honorem ex servitute, Et ministerio percipiunt, evaduntque quasi quidam reguli inter reliquos servos vulgares, Et inferiores; quemadmodum qui tempore frigoris cum calido se conjungit, caloris aliquid ab eo contrahit, Et calefit.

שחין Inflammatio, ulcus calidum, apostema. Exod. 9. 10. **שחנתא** est etiam onus, sarcina. Hinc tritissimum Proverbium **לפום נמלא שחנתא** Juxta camelum erit onus: pro camelo sarcina. Nimirum cuilibet juxta vires onus imponendum, ne, si sit gravius, quam ferre possit, misere opprimatur, vel, si libens suscipiat, Et ad tempus ferat, peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

משחין Calidus. Plur. **משחנין** calidi. Job 37. 17.

שחף Serpere, gradi, gradatim incedere. Ecclef. 1. 5. Levit. 11. 42. in Targum Hierosolymitano.

שחפא Species avis immunda. Aliis æsalon; aliis larius. Levit. 11. 16.

שחפתא Tabes, phthisis. Levit. 26. 16. Deut. 25. 22. Jonathan habet **שחפותא**, Et **שחיפותא**.

שחק Contundere, comminuere, conterere, atterere, in pulverem redigere. Exod. 30. 36.

שחקין Vestimenta attrita. Jerem. 38. 11. Et *masc.* Prov. 31. 7.

שחיקתא Attritio, vetustas, pars vestimenti attrita. Levit. 13. 55. locus calvus, calvities.

שחקא Coelum, æther. Plur. **שחקין**, **שחקי** cœli. Job 37. 18.

שחר Mane, tempestive, diluculo, sedulo quærere, requirere, pervestigare.

שחרא Aurora. In Targum Hierosolymitano.

שחר Mane, tempus matutinum. **תפלת השחר** Precatio matutini temporis. Hinc *Hiphil* **השחיר** Matutinum esse, mane aliquid agere. Ita **הערב** Vespertinum esse, vespere, & ad seram noctem aliquid agere. **בתורה ומעריב** Interdiu, noctuque operam dat Legi, vel Verbo divino.

השחרה Vigilatio, actio matutina: **דברי תורה צריכין השחרה והערבה** Verba Legis opus habent studio matutino, & vespertino, diurno, nocturnoque.

שחרית Idem. **תפלת שחרית** Precatio matutina. Sic **תפלת ערבית** Precatio nocturna, que post occasum Solis nocte appetente fit. **תפלת מנחה** Precatio vespertina, que sub vesperam, h. e. tertiam, vel quartam horam recitatur. Hec autem sunt tria tempora solennia Precum apud Hebræos.

II. **שחר** Cogere, impellere ad operas serviles Regi, aut Principi præstandas.

III. **שחר** Requirere, exigere, petere, expetere. Isa. 29. 20. Numer. 16. 15. 1. Sam. 12. 3.

IV. **שחר** Nigrescere, nigrum, atrum esse, vel fieri. *Hiphil* **השחיר** Idem, Et nigrum facere. **מושחר** Nigrum factum. A-

pud Talmudicos כותלי כותלי Ex quo nigrescunt parietes, *b. e.* ex quo dies inclinat, vespere appetunt. Tunc enim parietes, qui Orientem versus spectant, quodammodo nigrescunt.

שחורה Atror, nigredo: melancholia. **בְּעֵלֵי הַשְּׁחֹרָה** melancholici.

שחור Forfex minor, forficula. Major enim dicitur **יוג**. Nonnullis novacula.

תשחורת Nigredo, juvenus, ita dicta a capillorum nigredine. **בן התשחורת** filius nigredinis, *b. e.* juvenis. **מלאך התשחורת**

Angelus nigredinis, videlicet mortis, quia nigram, ac tetram reddit faciem hominis, efficitque, ut omnia nigra, & obscura ipsi evadant. In **פרקי אבות** *b. e.* Capitulis Patrum cap. 3. **היו קל לראש ונוח לתשחורת**.

Esto levis, sive velox erga Caput, & facilis erga juventutem, vel juvenem. Ad-

monentur homines alacriter Regibus, Principibus, & Magnatibus officia prestanda esse, ne ob tarditatem, aut difficultatem obsequii mulcentur; facilitatem autem, & bonitatem erga juventutem exercendam, non tamen eam, que efficiat, ut insulescant, & modestie obli-

viscantur, que singulare est juventutis decus, & ornamentum.

שחורין, **שחורין** Carbones, prunæ. Isa. 44. 12. & 54. 16.

שחרר Dimittere liberum, manumittere, libertate donare.

Genes. 30. 49. in *Jonathane*. **אשחרר**

manumitti, libertate donari. Exod. 21. 7.

In *Tractatu פסחים* fol. 113.

בתך בנרה שחרר עבדך ותן לה Ubi filia tua adulta, vel pubes fuerit, manumitte

servum tuum, & dato eam ipsi. Hoc mo-

nuerunt patres, ut filias statim in matrimonio collocarent, ubi ad pubertatis annos pervenis-

sent, ne cum familie dedecore paulatim scortari cum ipsis famulis inciperent.

שחרת Dimissio, manumissio, libertas. Levit. 19. in *Jonathane*.

שחת Hebraice. Corruptere, perdere. **שחת** idem. Genes. 13. 10. Deuter. 9. 12.

שחתה Corruptio: fovea, fossa. Job 33. 18.

שחתה Idem. Ruth 4. v. ultimo.

שחתה, **שוחתה**, **שוחתה** Fossa, fovea. Job 17. 14. & 33. 18.

שחתה Manica, sinus. Prov. 19. 24. & 26. 15.

שחתה Farrago: aliis scœnum. Amos 7. 1.

שטא, **שטא** Stulte agere, insanire. **אשחתי** Stultum, amentem, insanum se fingere, insanum agere. Deuter. 28. 34. 1. Reg. 18. 26.

שטי, **שטיא** Stultus, stolidus, insanus, amens. 1. Sam. 21. 14. Plur. **שטיא**

stulti. 1. Sam. 21. 15. Fam. **שטיין** stultæ. Eccles. 7. 5.

שטות, **שטותה** Stultitia, stoliditas, amentia, insania. Eccles. 2. 3.

שטותה Idem. Prov. 14. 8.

שיטה, **שיטה** Linea, ordo, series, stylus. Plur. **שיטין** lineæ.

שטה Expandere, extendere. Numer. 11. 32. Isa. 38. 21. *Ithpabel* **אשתטה** prostrare, incurvare se. Deut. 9. 25. *Apbel* Participium **כושטה** expandens. Job 12. 23.

כושטה Expansio, extensio. 2. Reg. 18. 17. **שטיח** Expansum. *Erat pellis strata in terra pro mappa linea, vel pulvinari, cum olim in terra discumbentes prandere solerent.* Plur. **שטיחים** elitellæ, sarcinarum ephippia, que adhibentur, ne multi onera ferentes dorso rodantur, vel vulnerentur.

שטט **שטא**, **שיטא** Cedrus. Exod. 25. 10. in *Jonathane*. Plur. **שטיין** cedri. Exod. 25. 23. *Apud Talmudistas in ראש השנה fol. 23. decem sunt cedrorum species.* *Apud Isaiam septem species ita explicantur;* **ארו** h. e. **ארוא** cedrus per se, & simpliciter, **ברוש** h. e. **ברחא** buxus; **האשור** h. e. **שרבינא**, quod fortasse est forbus, arbor proceræ; **סטה** h. e. **תורניתא** pinus; **תדהר** h. e. **שאנא** abies; **הרס** h. e. **אפרסמא** myrtus; & **עין שמן** h. e. **אפרסמא** balsamum, *cujus oleum dicitur opobalsamum, vel oleum balsaminum.* His postea adjectæ sunt tres aliæ species **אלמוני**, **אלמונים**, *videlicet אלונים* h. e. **בוטמו** ulmus; **אלמוני** h. e. **בלוטו** quercus, **אלמוני** h. e. **כסיחא** coralium. In *ילמרנו* *Jelammedenu* sect. **וארא** legitur hoc Proverbium: **מן שטייה ליה הנייה אלא מן קצייה** Ex cedro nulla utilitas, nisi ex succisione ejus. h. e. *juxta verba Baal Aruch*: Ex cedris nulla homini est utilitas, (propterea quia

fructus non proferunt) nisi succidantur, & ex iis omnis generis vasa fiant, aut succendantur. Sic Pharao non fuit aptus, nisi ad verbera: h. e. ab eo nihil, nisi plagæ, & verbera, impetrari potuit.

שטן Adversarius, hostis, inimicus, Satan, diabolus. 1. Reg. 3. 4.

שטף Immergere, immergendo abluere. Levit. 15. 11. Psal. 124. 4. *Ithpehal* **אשתטף** immergi, lavari. Levit. 6. 21. 2. Sam. 11. 2.

Rabbinis **שטף** est etiam festinare, currere cum impetu more aque exundantis. Sententia proverbialis: **בשעת עקתא נרדא** **בשעת רוחא שיטפא** Tempore angustiarum votum; tempore respirationis inundatio. Nimirum ægroti mortem timentes vovent, se probos, & pios futuros, si pristina incolumitati restituantur; at e lecto surgentes, & ab ægritudine, ac morbo liberati voti statim obliviscuntur, & diluvii instar sceleribus, & iniquitatibus, quasi inundatione, abripiuntur. Id confirmant Rabbinus Jacobi exemplo, qui profecturus in Syriam votum vovit Genes. 28. 20. at itinere feliciter confecto, voti oblitus est. *Quare Deus* Genes. 35. 1. ipsum admonuit: **קום עליה בית אל** Surge, ascende in Bethel &c.

שטפא, **שטפא**, **שיטפא** Inundatio. Job 38. 25. Plur. **שטפין** inundationes. Numer. 21. 20. in *Jonathane*.

שטוף Idem. Jerem. 12. 5.

שטר, **שטרא** Gubernatio, dominatus. Dan. 7. 5. Plur. **שטריין**. Constr.

Constr. שטרין dominationes. Job 38. 33.
 שטר, שטרין Litteræ procurationis, libellus, scheda : instrumentum litterarum, vel contractus. Jerem. 32. 11. Plur. שטרין Jerem. 32. 14.

Generalius Rabbini nomen שטר usurpant.
 Hinc apud ipsos שטר כחובה Litteræ matrimoniales: שטר חוב Litteræ debiti, h. e. Chirographum debitoris: שטר חליצה Litteræ juris affinitatis: שטר צואה Litteræ præceptionis, h. e. testamentum. שטר הרשאה Litteræ licentiæ, quibus alicui

potestas conceditur exigendi debiti. Plur. שטרין הוראות Litteræ confessionis debiti. Famin. שטרות. Hinc שטרות מחילה Litteræ remissionis debiti, h. e. apocha, confessio solutionis. כל השטרות שחזתמים גזים פסילים חוץ משטרין מקח וממכר, וְשטרין חוב וכו' Omnes contractus subfignati per gentes, videlicet Christianos, irriti sunt, exceptis contractibus empti, & venditi, & contractibus debiti &c. מנין שטרות Numeratio contractuum.

De Origine Æræ Contractuum.

Origo autem numerationis contractuum est hujusmodi. Cum Alexander Macedonum Rex Persarum Regnum penitus delevisset, castraque movisset contra Jerusalem, ut eam solo æquaret, Simeon Pontifex Maximus, qui Justus cognominatus fuit, sacris vestibus indutus ei obviam profectus est, ut ingruenti malo occurreret, ruinamque imminentem averteret. Itaque Rex Alexander tum viri majestate, tum precibus commotus non solum ab oppugnatione Jerusalem abstinuit, sed præterea omnibus beneficiis cumulavit, Judæorumque gentem ea tantummodo conditione sibi subjectam esse voluit, ut ab eo anno in rei memoriam omnibus Sacerdotum filius Alexandri nomen imponeretur, contractuumque instrumenta non a Mundi anno, sed ab Alexandri nativitate clauderentur, quæ supputatio מנין שטרות numeratio contractuum, vel æra Contractuum postea cepit appellari.

שטר Latus, ora, extremitas.

שיח Liquidum, liquefactum. Exod.

16. 21. in Targum Jonathanis,
 Hierosolymitano.

שחי בית שחי Axilla, locus concavus sub brachio. In Targum Jonathanis. Deut. 22. 5.

שום, שטה, שוט, שיטה Vide in שטט, שטט.

שיין Mejere, mingere. Cum turpe putarent, & obscœnum antiqui hoc Verbum proferre, non admodum propterea usum fuit.

שינא Urina, aqua vesicæ. In ברכות Berachot fol. 62. שינא כעמוד השחר Mictio, sive urinæ emissio ad ortum auroræ est corpori sicut chalybs ferro. In Textu Sacro bis reperitur scriptum

pedum שינייהם, quod fuisset punctandum, & legendum שינייהם, sed quia consuetudine inveterata receptum erat, ut voces obscæne non legerentur, ideo ejus vice legerunt, & pronunciarunt מימי רגליהם aquas pedum suorum, ut notarunt Masorethæ Isa. 36. 12. 2. Reg. 18. 27. R. autem Salomon exponit שיניהם per לחה צואה excrementum humidum, h. e. urinam. Eodem modo a Germanis urina vocatur honestatis gratia aqua, & ab Hebræis aquæ pedum, quia e medio pedum emittitur.

שוע Vide in שוע.

שיר Monile, armilla, catena, catenula: ornamentum ex auro confectum tum ad ornanda brachia, vulgo vocatum armillæ, tum ad ornandos pedes, dictum periscelides. In Tractatu שבת Sabbat cap. 5. Cum quibus rebus jumentum in Sabbato egreditur, & cum quibus non egreditur? וסוס בשיר וכל בעלי השיר יוצאין בשיר ונמשכין בשיר Et equus cum catena, & omnia, quibus catenæ competunt, egrediuntur cum catena, & trahuntur cum catena. Catena est, quæ equis, canibus, aliisque similibus animalibus accommodatur, cui adheret annulus cum loro, sive fune, quo animal ducitur. Hæc igitur catena ad custodiendum animal adhibita non censetur onus, ideoque animal cum ea sine Sabbati violatione egredi potest; at onera, quatenus onera sunt, Sabbato gestare tum hominibus, tum animalibus vetitum. Plur. שירין monilia, catenæ, armillæ. Ge-

nes. 24. 22. compedes. Psal. 149. 8. Constr. שירי catenæ. Isa. 3. 20.

שיראים Vestimenta, sive pallia ferica. שירא Idem.

שיר, שירא, שירה Turma, turba, caterva, exercitus. כשירה catervatim. Plur. שירות, שירת turmæ.

שיר Vide in שור.

שיש, שישא Marmor. Esth. 1. 2. in Targum secundo. אבני שישא lapides marmorei.

שית Vide in שת.

שית, שיתא, שיתא Agnus. ותרחתא או שיתא Aut bovem, aut agnum. Hebraice שיה. Levit. 22. 28.

שכב Jacere, cubare, accumbere, decumbere, concumbere, incumbere, recumbere. Gen. 26. 13. occumbere, mori. Ruth 4. 22. In בבא מציעא לא שכיב אגיש ומניה Bavà Metzià fol. 85. Non moritur homo absque tempore suo, h. e. ante tempus a Deo ipsi statutum. Cum autem qui decumbit, ægrotet aliquando, significat etiam שכב ægrotare. In hoc tamen sensu plerumque ei adjicitur מרע, ut שכוב מרע decumbit ex morbo. Item dormire. Isa. 56. 10. ישכבון וישתכבון Fœminæ eorum vitiabuntur, concubitu violabuntur. Zach. 14. 2. Ex Aphel Præterito ואשכבתה & cubare, dormire facies eum. Judic. 16. 19. deponere: ואשכבתיה & deposuit eum apud se. 1. Reg. 3. 20. שכוב, שכובא Jacens, ægrotus. 1. Sam. 19. 14. dormiens: mortuus. Ecclef. 3. 4.

*Cum usurpatur de egrotante additur ei ple-
rumque מרע*. Genes. 48. 1. *Plur.* שְׁכִיבִין,
שְׁכִיבִיא dormientes: ægroti: mortui. Ec-
cles. 4. 2.

שְׁכָבָא, שְׁכִיבָא, שְׁכִיבָתָא
Cubatio, concubitus. Isa. 50. 11. Levit. 15.
16. *in Jonathane.*

מִשְׁכָּב, מִשְׁכָּבָא Cubile, lectus, stra-
tum, cubiculum: concubitus, Levit. 15. 4.
Plur. מִשְׁכְּבֵי אִתָּא concubitus mulieris.
Levit. 18. 20. מִשְׁכְּבֵי דְכִרְיָא concubitus
masculi. Numer. 31. 18.

מִשְׁכֹּבֵיתָא Aries, ductor gregis. Genes.
30. 40. *in Jonathane.*

שְׁכָב, שְׁכָבָא Meta. Mola pars inferior,
ita dicta, quia cubat infra superiorem, quæ
dicitur רָכָב, vel רָכָבָא quasi vehens super
inferiorem. Latine catillus.

שָׁחָא אִשְׁכַּח Invenire, repe-
rire, deprehendere, assequi,
consequi. Genes. 2. 4. Numer. 20. 14. *Ithpa-
bel* אִשְׁתַּחֲבָא & *Ithpehal* אִשְׁתַּחֲבָא idem.
Dan. 6. 22. Esdræ 6. 2.

שָׁחָא Inventum, præfens. Idem ac הִנְמִצָּא
quod existit, & invenitur: דְּלֹא שָׁחָא
quod non amplius invenitur, & existit.

שָׁכַל Vide סָכַל.

שָׁכַל Pabel. Perficere, absolvere,
consummare, finire. Ezech.
27. 4. fundamentum ponere. Isa. 45. 18. *Ith-
pabel* אִשְׁתַּכַּל perfici, absolvi, finiri. 1.
Reg. 6. 38.

שָׁכַל Perfectio, consummatio, absolu-
tio: fundamentum. Genes. 7. 11. *in Tar-*

gum Hierosolymitano.

מִשְׁכָּלַל pro מִשְׁכָּלַל Perfectum, abso-
lutum, consummatum. Ezech. 28. 11. *Fæ-
min.* מִשְׁכָּלַלַּא perfecta. Ezech. 27. 2.

שְׁכִילֻלֻן Fundamenta. 2. Sam. 22. 8.

שִׁכֶם Sichem. Nomen proprium fi-
lii Hemor, qui Dinam Lie

filiam turpiter violavit, cujus nefas alii ejus
conciwes cum ipso morte lucrunt. Rem totam
vide Genes. 34. Hinc natum Proverbium שָׁכֶם

נָסִיב וּמִגְבַּי קָטַע Sichem rapuit, & Mig-
bài fuit succisus; illi simile, Quidquid de-
lirant Reges, plectuntur Achivi, quæ Pro-
verbia de iis usurpantur, qui aliene culpe

pœnas persolvunt. Sæpe a posteris etiam sup-
plicia a Majoribus merita luuntur, & sæpe
nonnulli ex plebe unco impacto ad mortem a

carnifice trabuntur ob minores culpas iis, quas
nobiles commiserunt, quosque vel gratia, vel
opulentia, vel offensionis metus a publico sup-
plicio eripit, & immunes reddit. Nam sæpi-
sime contingit, ut juxta Juvenalem det ve-
niam corvis, vexet censura columbas. Ut

autem quis fuerit מִגְבַּי Migbài, de quo
mentio in Proverbio, intelligatur, res alius
repetenda. Nimirum post violatam Dinam, &

factum de circumcissione sancitum cum Hebreis,
Hemor pater, & Sichem filius ad portam ur-
bis se contulerunt, ingredientisque quoslibet al-
locuti, blandis sermonibus, & verbis iis per-
suaserunt, ut sinerent, se circumcidi; & pro

certo haberent, se ex commercio cum Jacob,
ejusque familia divites, & opulentos evasur-
os. וַיִּשְׁמְעוּ אֶל-חֲמוֹר וְאֶל-שָׁכֶם בָּנָו.

Et

כל-יוצאי שער עירו וימולו כל-זכר
 Et obediverunt He-
 mor, & Sichein filio eius omnes egredien-
 tes per portam urbis istius, & circumcificus
 est omnis mas omnium exeuntium ex por-
 ta urbis ejus. Genes. 34. 24. Itaque tandem
 טעין מובילתיה Migbài, *audiens historiam de Sichein, & Dina*
 portans onus suum, nomine מִגְבַּאי Mig-
 bài, *audiens historiam de Sichein, & Dina*
 ait: שִׁיחַם נָסִיב וּמִגְבַּאי קָטַע Sichein ac-
 cepit, videlicet uxorem, & Migbài excin-
 ditur. De nomine מִגְבַּאי Migbài contentio
 est, & digladiatio inter Auctores. Ex iis mul-
 ti legunt מִגְבַּאי Migbài, alii vero מִבְּנַאי
 Mibgài a radice מִבְּנַי Mibgài *quasi*
 sit agricola, cultor terræ. Nos arbitramur
 esse nomen proprium urbis Sichein civis, præ-
 sertim cum alia nomina propria in Proverbia
 traducta sint, ut שִׁילֹו חָטָא וַיּוֹחֵנָא משתלם
 Schilo peccavit, & Jochanà, sive Johan-
 nes perfolvit debitum. Sic מִזְבִּיָּה חָטָא
 Tobias peccavit, & זִגּוֹד מִלְּטָט
 mulctatus est. Cum enim Zigod Tobiam de
 scelere patrato accusasset, neque testimonium
 ejus solius sufficeret ad convincendum Tobiam,

Zigod tamquam calumniator, & sycophanta
 ad flagra fuit condemnatus. Cum igitur verbe-
 ribus pletheretur, dicitur in Tractatu פסחים
 Pesachim fol. 113. *Judici regessisse*: Tobias
 peccavit, & Zigod mulctatus est.

שָׁכֵן Pabel. דְּשָׁכֵן qui habitare fe-
 cit. Cant. 3. 10.

שָׁכֵנָא Habitator, vicinus. Prov. 27. 10.
 טָב שָׁכֵנָא קָרִיב מֵאֵחָ רְחִיק Melior est vi-
 cinus propinquus, quam frater longinquus.
 Prov. 27. 10. In Bibliis Venetis male legitur.

אוֹי לְרָשָׁע וְאוֹי לְשִׁיכָנָא In סכּה Succà:
 אוֹי לְרָשָׁע וְאוֹי לְשִׁיכָנָא Væ improbo, & væ vicino ejus. A
 vicino enim malo semper malum aliquod im-
 minet. Hinc illud: אוֹיָה חֲלִי רַע יוֹתֵר שָׁכֵן
 Quænam est summa ægritudo? vicinus
 malus. Itaque extat Rabbiorum monitum:
 רַע הַרְחַק מִשָּׁכֵן רַע Elonga te a vicino malo.

שְׂכִינָא Tabernaculum, tentorium. Plur.
 שְׂכִינֵי tabernacula, tecta castrensia.
 Jud. 8. 11. Rabbis cubilia, cubicula. Fam.
 שְׂכִינֵי Jobi 15. 28.

שְׂכִינָא שְׂכִינָתָא Habitatio: divinitas,
 gloria, majestas divina inter homines ha-
 bitans.

De dictione שְׂכִינָא Scechinà in usu apud Rabbinos, cui subjecta est
 significatio Divinæ majestatis, & gloriæ.

Hoc nomen שְׂכִינָא, vel שְׂכִינָה ab Hebræis in specie usurpari solet de Dei præsentia,
 gloria, & majestate, qua hominibus præsens esse dicitur, cum iis commorari, & gratia, at-
 que auxilio suo iis adesse. Ex Elia in Tisbì voce שְׂכִינָא designatur רִיחַ הַקּוֹדֵשׁ Spi-
 ritus Sanctus, quod quidem aliquando, non tamen semper, verum esse ii optime norunt,
 qui Hebræorum libros versant. Apud Rabbinos dicitio שְׂכִינָא passim occurrit. Hinc illud:
 אֵין הַשְׂכִּינָה שׁוֹרָה מִחוּךְ צַעַר אֵלָא מִחוּךְ שִׂמְחָה Divina præsentia non quiescit in
 Oooo 2 tri-

tristitia, sed in lætitia; *b. e. super homines tristes, sed super lætos, & hilares.* Ajunt itaque שְׂכִינָה Divinam majestatem a Jacob discessisse nimio plus Josephum lugente, quem a fera dilaniatum arbitrabatur, Genes. 34. ad eundem hilarem rediisse, ubi intellexit, Josephum in Ægypto adhuc vivere, eique in maxima dignitate constitutum præesse. Id vero innui verbis illis Genes. 45. 27. וַתְּחִי רוּחַ יַעֲקֹב אֲבִיהֶם Et revixit spiritus Jacob patris ipsorum, quæ verba וַתְּחִי רוּחַ & revixit spiritus, R. Salomon exponit שְׂכִינָה quæ ab eo propter merorem, & luctum discesserat; Onkelos vertit וַתְּחִי רוּחַ קוֹדֶשׁא & quævit Spiritus Sanctus super Jacob; Jonathas autem reddit וַתְּחִי רוּחַ נְבוּאָה Et quævit spiritus Prophetiæ, qui discesserat ab eo, quando vendiderunt Josephum. In Tractatu נדרים Nedarim fol. 38. legitur: אין הקבה משרה שכניתי *b. e. Deus non facit habitare Divinitatem suam, nisi super forti, divite, sapiente, & humili.* Sic Divina gratia habitat cum mansuetis, & humilibus; fugit autem a superbis, & iracundis. Singula vero Moysi exemplo ab iis probantur. In cap. 3. עשרה שיושבים ועוסקים בתורה שכינה שרויה ביניהם *b. e. Decem qui sedent, & operam dant Legis studio, Divinitas habitat inter illos, b. e. שכינה* Divinitas est cum ipsis, vel האלהים שכינה האלהית שרויה ביניהם *Deus in medio Judicum judicat. Aliquando autem שְׂכִינָה, & שְׂכִינָה רוח הקודש, & שְׂכִינָה* *R. Salomon i. Sam. i. v. 15. scribit ad verba Annæ Sacerdoti Eli respondentis: לא אדני* Non mi domine, videlicet ebria sum, sed mulier amaro animo, *b. e. mæsta, & tristis.* Quasi diceret: Non tu es dominus (*judex*) in causa hac, sed prodis te ipsum, שאין רוח הקודש שרתה עליך *quod Spiritus Sanctus non habitat apud te, ut scire possis, num ebria sim. Hanc Glossam petiit R. Salomon ex ברכות Berachoth fol. 31. לא ארון אתה* ברבר זה לאו אינא שכינה ורוח הקודש נבך שדנתני לכף חובה ולא לכף זכות *b. e. Non tu es dominus in causa hac: non est Divinitas, & Spiritus Sanctus apud te, quod judicasti me tamquam culpabilem, non autem ut infontem. Porro ex loco Genes. 45. 27. a R. Salomone, Onkeloso, & Jonathane exposito videntur tria illa שְׂכִינָה* Divinitas, Spiritus Sanctus וַתְּחִי רוּחַ קוֹדֶשׁא & שְׂכִינָה רוח נְבוּאָה *spiritus Prophetiæ pro una eademque re poni, atque idem significare, sed alibi omnino inter se distinguuntur. Etenim in יומא Jomâ cap. i. ubi quinque res, quæ fuerunt in Templo primo, non dicuntur fuisse in Templo secundo, suntque Arca cum operculo propitiatorio, & Cherubim, Ignis cœlestis, Majestas Divina, Spiritus Sanctus, Urim & Tummim, שְׂכִינָה Majestas Divina, & רוּחַ הַקֹּדֶשׁ Ruach haccodes, vel רוּחַ קוֹדֶשׁא Ruach cudescâ, b. e. Spiritus Sanctus sunt*

res diverse. Hinc Auctor Arùch has quinque res in Radice כּבּר enumerat, cujus verba hæc sunt, ne quisquam erret, vel alias obrudat, ut nonnulli fecerunt. Scriptum est ואכבּר, & legimus ואכבּרה. Haggai 1. 8. Quid docet nos ista diversitas? Quinque res, quæ defuerunt in Templo secundo ex Templo primo. Fuerunt autem hæc: ארון כפּוּרַת וּכְרוּב, אחד, שכינה שני, רוח הקודש שהוא נבואה שלישי, אורים ותומים רביעי אש מן ארון כפּוּרַת וּכְרוּב, b. e. Arca, operculum, & Cherubim, una res: Divina majestas, res secunda: Spiritus Sanctus, qui est Prophetia, res tertia: Urim & Tummim, res quarta: Ignis de Cælo, res quinta. Ex hæctenus dictis jure inferri potest, nomine שכינה gloriam Dei, majestatem Dei designari, cui nomini שכינה ad unguem respondet Græcum σκηνή in Apocalypsi D. Joannis cap. 21. v. 3. cum ait: Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ θρόνου λέγουσας. Ἰδὲ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετ' αὐτῶν ἀναβήσεται, καὶ σκηνώσεται μετ' αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ καὶ αὐτὸ ἔσονται, Ὁ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν Θεὸς αὐτῶν. Et audiivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

מִשְׁכָּן, מִשְׁכָּנָה Habitatio, habitaculum, tentorium, tabernaculum. Exod. 25. 9. Jos. 18. 1. Plur. מִשְׁכָּנַיִן tabernacula. Genes. 4. 20. Psal. 132. 5.

מִשְׁכּוֹנָא, מִשְׁכּוֹנֵיתָא Arrha, pignus. Exod. 22. 25. Amos 2. 8. Sic appellatur pignus, quia, juxta opinionem Elie, הוא שְׂכָן habitat, seu commoratur in manu creditoris, seu mutuo dantis, donec redimatur.

מִשְׁכָּן Pignorari, pro pignore, in pignus accipere, mutuare sub pignore. Exod. 22. 25. in Jonathane. Prov. 27. 13. R. Salomon Exod. 38. 21. ad verba מִשְׁכָּן הַמִּשְׁכָּן scribit: Duabus vicibus dicitur מִשְׁכָּן ad indicandum, quod Sanctuarium נתְּמֹשְׁכָן oppignerabitur duabus vacationibus propter peccata Israelitarum; b. e. quasi pignus occupabitur ab hostibus, ut habetur in ילְמַדְנֵנוּ Jelammedenu. Sic ha-

betur in Exodo rabbà sect. 31. Si transgrediemini præcepta hæc, אני ממשכן שתי ego pignori dabo duo pignora, videlicet bis in pignus dabo Sanctuarium meum, sicut dicitur אִם חָבַל תְּחַבֵּל Exod. 22. 25. Tum dixit Moses: ולעולם הם ממושכנים anne in perpetuum manebunt oppignerata? Respondit Deus. Non, sed donec adveniat Sol, b. e. Messias, sicuti dictum est Malach. 3. 20. וּזְרָחָה לְכֶם יִרְאֵי Exorietur vobis, qui timetis nomen meum, Sol justitiæ, & curationis. Hæctenus מדרש רבא Medràs Rabbà.

שְׂכָרָא, שְׂכָר Merces, præmium. Verbum autem שְׂכָר mercede conducere: mercedem dare, vel solvere. In Targum transfertur per אָנָר Hinc השׂוֹכֵר הפּוֹעֵלִים Conducens operarios.

שָׂכֵר Mercenarius, operarius mercede שָׂכֵר, תּוֹשֵׁב, וְ נֵר Profelyti ut plurimum conductus. In Textu autem Hebraico nomine intelliguntur.

De Profelytis.

Præter ea, quæ de Profelytis in hoc Lexico pag. 73. & in meo Lexico Hebraico typis Seminarii Patavini edito anno 1732. pag. 114. 115. 116. dicta sunt, placet hæc addere. In ילקוט JalKût tria Profelytorum genera constituuntur. Triplices sunt Profelyti, vel peregrini: unus est, qui peregrinus evasit propter cibum; alter, ut alatur, ceu pauper; alter propter Nomen Sancti Benedicti, scilicet propter Deum, qui a Rabbinis per abbreviaturam dicitur הקבה Sanctus Benedictus. Profelytus primi generis in Sacris litteris simpliciter appellatur נֵר Exod. 22. 21. alter addito epitheto תּוֹשֵׁב Levit. 25. 47. tertius per periphrasim designatur Exod. 20. 10. Deuter. 14. 21. qui idem etiam a Rabbinis vocatur נֵר שֵׁר. Nomen autem Profelytus trahit originem a voce Græca ἀπορίλυτος, advena, adventitius, quæ dictio deducitur a præpositione Græca πρὸς ad, & ἔρχομαι venio; vocatur etiam ἔγγραπτος, & Latine peregrinus, sicuti habetur Exodi 22. 21. Cuneus de Republica Hebræorum lib. I. cap. 6. Profelyti fuere alienigenæ, qui ex Gentibus procreati, sed ab Idolorum ad Dei cultum traducti circumcissione donati sunt, quos Deus pro indigenis haberi mandavit Exod. 12. Profelyti ex Græcis facti a nonnullis Ἀστυοίβις appellantur Ἐλλωσιῶν Græcanici. Veruntamen alii multo melius latiore huic voci significationem subiectam esse volunt, ita ut per Ἐλλωσιῶν Græcanicos, Græcistas Judæi quilibet intelligantur tum in Græcia, tum in aliis regionibus viventes, & Græca LXX. Versione utentes; per Ἐλλωσιῶν Græcos autem pagani indicentur in Græcia degentes. De prioribus mentio fit Actor. 6. 1. Ortum est murmur τῶν Ἐλλωσιῶν πρὸς τοὺς Ἑβραῖους Græcistarum adversus Hebræos. Per Ἐλλωσιῶν intelligendi sunt Hebræi ortu, & religione. Ideo autem hoc nomine appellantur, quia ipsis Græciam incolentibus, vernaculoque sermone Græco utentibus Græca Bibliorum Versio erat in usu. Hi postea Christianam religionem amplexi sunt. Per Ἑβραῖους Hebræos vero Hebræi intelliguntur & lingua Hebræa, & Bibliis Hebræis utentes. Itaque ex patre Hebræo, vel matre Hebræa originem trahentes Hebræi appellabantur; nati vero tum ex patre, tum ex matre Hebræis, Hebræi ex Hebræis dicebantur, cujusmodi fuit D. Paulus, qui ad Philippenses 3. 5. de se ait: Περαιτωρὶ ἐκταύμερος, ἐκ γένους Ἰσραὴλ, φυλῆς Βενιαμὴν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων. Circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis. Sic Hebraice כּנבג Bagbag vocabatur ortus ex patre, & matre Profelytis, h. e. בֶּן נֵר filius Profelyti, & בֶּן נֵרָה filius Profelytæ; natus vero ex Profelyto, vel Profelyta dicebatur בֶּן נֵר filius Profelyti, vel בֶּן נֵרָה filius Profelytæ. Verum Profelytorum nomen speciatim tribu-

tum fuisse iis testatur Cœlius Rhodiginus lection. antiq. lib. 5. cap. 9. qui ex Gentibus vel Judaicam religionem amplectebantur, vel in se suscepta septem Noachi præceptorum observatione inter Judeos habitabant. Leguntur autem septem Noe præcepta in סנהדרין Sanhedrîn fol. 56. suntque hæc. 1. על עבודה זרה de cavenda Idololatria. 2. על ברכות השם de benedictionibus Dei. 3. על שפיכות דמים על de effusione sanguinis, vel homicidio. 4. על על גילוי ערוות de non revelanda turpitudine, seu fornicatione. 5. על הגזל de rapina. 6. על הדינים de judiciis. 7. על אכר מן החי de membro animalis vivi non comedendo. Ex his præceptis sex priora dicuntur a Rabbis Adamo tradita, septimum vero Noe. Porro quamvis Profelyti iustitiæ privilegii omnibus Israelitis communibus usi fuerint, nimirum civitatis, & sacrorum, Levit. 19. 34. illud tamen statutum, ne quis Profelytus numero Seniorum סנהדרין Sanhedrîn adscriberetur. Id confirmat Majemonides inquitens, Profelytos factos in rebus omnibus similes fuisse Israelitis, & circumcisos, ac baptizatos ex decreto Senatus impetrasse potestatem utendi, fruendi commodis, privilegii, ac prærogativis omnibus, quæ civibus Reipublicæ Judaicæ natis, & originariis comperebant, cum eo tamen discrimine, quod cives originarii nonnullis privilegii gaudebant, quibus Profelyti, & adscitii privabantur. Hinc Seldenus lib. II. de Jure natur. & Gentium c. II. docet, in Jure Israelitico alia ad vitæ rationem in officiis tum erga Deum, tum erga proximum præstandis spectasse, alia ad Magistratus, & Præfecturas capeffendas. Priora Israelitis natis, & Profelytis communia erant, a posterioribus vero Profelyti profus arcebantur. Tribus ceremoniis in Judæorum numerum Profelyti iustitiæ recipiebantur, nimirum בטבילה baptismo, במילה circumcissione, & קרבן sacrificio. Profelyti autem inquilini cur ita appellentur, rationem reddit Majemonides in הלכות ביאה cap. 14. n. 7. Quare vocatur Profelytus inquilinus? quia licitum nobis est permittere, ut inter nos habitet in terra Israelis. Nullos Profelytos inquilinos Judæi e Palestina ejecti agnoverunt, ac propterea Christus Profelytos iustitiæ designat, cum Matth. 23. 15. ait: Οὐκ ἔμνην Γραμματεῖς, & Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν & τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἓνα προσώπουτον & ὅταν χύθηται, ποιῆτε ὡς τὸν υἱὸν γένετης διπλοῦτεροι ὑμῶν. Væ vobis, Scribæ, & Pharisei, quoniam circumditis mare, & terram, ut faciatis unum Profelytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo magis, quam vos estis. Moser vero de Profelyto inquilino mentionem facit, cum inquit Deuter. 14. 21. לגר אשר בשעריך peregrino, qui est in portis tuis, dabis illud: quæ verba Targum Onkelos reddit לתנתנה inquilino præputiato, & Targum Jonathan vertit לגר לנויר peregrino præputiato. Animadvertendum, R. Levi Barcinonensem falli in eo, quod dicit, mercenarium Profelytum eum esse, qui circumcidebatur, sed non baptizabatur. Si enim Profelytus inquilinus non fuit circumcisos, multo minus mercenarius, qui longe infra inquilinum erat. Cate-

ram generatim apud Judæos hoc tritum erat Proverbium in יבמות Jevammòth cap. 4. & a-
libi. קשים להם גרים לישראל כנגע צרעת. Duri sunt Profelyti Israelitis, sicut pla-
ga lepræ, vel כספחה sicut abscessus, apostema, שרובן חורים בשביל דבר קל, quia nimivum ob levissimas caussas Profelyti ab Israelitis recedebant,
secumque ex iis seducebant, quos malis moribus suis corruperant. Hinc in Talmudis Tracta-
tu עבודה זרה Avodà zarà cap. 1. habetur; tempore Messix Judæi non recipient Profe-
lytos, sicuti non receperunt eos in diebus David, & Salomonis.

שְׁלִיבֵינוּ שלב Gradus, sca-
læ. Ligna transversa in scala,
per que sursum gradimur. 1. Reg. 7. 28.

כְּשֻׁלְבָיִן Graduati, instar graduum, sca-
lari forma dispositi. Exod. 26. 17. & 36. 22.

שְׁלִיבֵינוּ Pustulæ. Exod. 9. 9. In Targum
Hierosolymitano: at in Targum Jonathanis פ
est in medio.

שְׁלִיבֵינוּ Conjungere, connectere. Exod.
26. 28. in Targum Jonathanis.

שְׁלֵרָה In cadaver ejus, in
torofam carnem ejus. Job 20.
23. A R. Levi vertitur פְּבִשְׂרוֹ. Apud Tal-
mudicos שְׁלֵרָה significat cadaver, corpus mor-
tuum. Hinc in נדה Niddà fol. 28. מַת
שְׁלֵרָה Mortuus qui com-
bustus, sed cadaver ejus, vel ossa ejus ad-
huc consistunt. In כבא קמא Bavà Kamà
fol. 31. רפסקה לאורחיה כשלדא Si ex-
tenderit se in via instar sceleti, h. e. si ma-
nus, & pedes suos in latitudinem expanderit,
ne quis transire queat. Glossa נְבִלָה cada-
ver. Aruch autem השורה וצלעותיה הן
שְׁלֵרָה Spina dorsa cum costis ejus est שְׁלֵרָה.
Ita videtur esse Sceleton, extructio, vel stru-
ctura ossium corporis. Plur. constr. שְׁלֵרָה

בְּסֵרִיָה costæ carnis ejus, Job 41. 14.

שְׁלֵי, שְׁלָה Quiescere, cessare, o-
tiosum, quietum, tranquil-
lum esse. Job 3. 18. Jerem. 48. 11. Amos 6.

1. cessare, desistere, dimittere. Job 7. 19.

שְׁפֵרְנֵהוּ. Thren. 3. 31. finire, absolvere.

Isa. 10. 32. extrahere, educere. Exod. 3. 5.

שִׁלֵּהוּ, tacere: errare, aberrare, ex errore,
vel ignorantia delinquere, peccare. Job

12. 16. oblivisci, oblivioni tradere. Job 8.

13. Esth. 4. 14. in Targum secundo. Itzpebal
אֲשֵׁתִּי errare, aberrare, delinquere, pec-
care. Levit. 5. 18. Hof. 3. 1. 2. Reg. 11. 6.

אֲשֵׁתִּי oblivioni tradi. Psal. 9. 19. אֲשֵׁתִּי
errare, aberrare facere. Psal. 119. 10. obli-
visci. Psal. 9. 18. spernere, aspernari, reji-
cere, respuere. Psal. 44. 10. Thren. 2. 7.

שְׁלָה Tranquillus. Dan. 4. 1.

שְׁלֵיָה, שְׁלֵיָה Tranquillus. Job 16. 12.

tranquilla. Jerem. 21. 22. Zach. 7. 7. Substant.
quies, tranquillitas, otium. Dan. 4. 24.

Adverb. quiete, tranquille.
שְׁלֵיָה Tranquillitas, quies, pax, o-
tium. Psal. 73. 1.

שְׁלֵיָה Idem. Hof. 9. 13.

שְׁלֵיָה Idem. Genes. 49. 1. in Tar-
gum

gum Hierosolymitano ; Jonathas autem habet טלניחא.

שליא Idem. 2. Sam. 3. 27. *Item casus repentinus, vastitas repentina, vastitas tumultuosa.* Proverb. 3. 25. **מין שליא**, & **בשליא** subito, cito, repente. 2. Sam. 3. 27.

שליא Subito, cito, repente. Prov. 7. 22.

שלו, **שלוה**, **שלוהא** Error, erratum, delictum, ignorantia, & **שלה ה** cum. Dan. 3. 29. **שלו** etiam cito. *Plur.* **שלוין**, **שלויהא** Errores. Psal. 19. 13.

משליא Fuscina, fuscinula, tridens. *Plur.* **משלין**, **משליחא**, & **משליחא**. Exod. 38. 3. & 27. 3. & in *Targum Hierosolymitano* **משליחא**.

שליחא Secundæ, secundina. Deuter. 28.

57. In *Aruch* reperitur scriptum **סילתא** in radice **סלת**, sed non videtur probandum. In

Tractatu נידא *Niddà* legitur descriptio secundine, que est hujusmodi: **שליא תחלחה**

דומה לחוט של ערב ואחריתה דומה כחורמוס וחלולה כחצוצרת ואין שליא

פחוה מטפת: *b. e.* Secundina in principio est sicut filum staminis, & in fine sicut lupinus, estque cava instar tubæ, nec minor reperitur palmæ magnitudine. In

Cholin cap. 4. in משנה *Misnà*: השוחט את הבמה ומצא בה שליא נפש

b. e. Si quis mactet bestiam, & inveniat in ea secundinam, anima pulchra (videlicet is, qui ab ejus fœditate non abhorret, cui fastidium non movet) comedet eam, & nullo modo pol-

luitur.

שלהב Inflammare, accendere, succendere, urere, adurere, exurere, comburere. Psal. 106. 18. inflam-

mari, ardere. Thren. 2. 3. **אשתלהב** comburi. Exod. 32. 1. in *Jonathane*. Ezech. 1. 13.

שלהוב, **שלהובית**, **שלהוביתא** Flamma. *Plur.* **שלהובין** flammæ. Isa. 13. 8.

שלהי Fessum, defessum, lassum esse. Gen. 25. 29. Isa. 44. 12. defatigare. Thren. 3. 5. **אשתלהי** moleste, ægre ferre; defatigari, deficere. Judic. 4. 21. Jonæ 4. 8. Amos 8. 13.

משלהי Defessus, fessus, lassus, defatigatus. Genes. 25. 29. 2. Sam. 16. 2. *Plur.* **משלהין** lassi. *Fæm.* **משלהיה**, & **משלהתא** fessa. Isa. 32. 2. *Per catachresin*, sitibunda. Prov. 25. 25.

שלהיה Defatigatio, lassitudo. **שלהיי** Idem. Isa. 8. 22.

אשתלהיות Deliquium, lassitudo, mæror, tristitia, anxietas. Jonæ 2. 8. Psal. 61. 3.

מין שליא, & **מין שלהיה**, **שלהיה** Idem ac **שליא** subito, ex improvise: repente. Job 30. 6.

שלו, **שליי** Coturnix. Exod. 16. 13. Numer. 11. 32. In *Jomà* fol. 75. quatuor species coturnicum leguntur, nimirum **שליי**, **פסיוני**, **קיכלי**, & **שיכלי**, postrema omnium optima, prima vilissima.

פסיוני in *Aruch*, & apud Talmudicos exponitur pro phasianis, quandoque pro perdicibus. **קיכלי** est Græcum Κίχλη turdus. Gesnerus in *Historia avium* scribit: Sunt qui Turdi nomen Græcis hodie vulgare esse

mihī affirmarint Κύχλα, alii τζ'χλα. Ubi utrumque שיכלו, & קיכלו idem esse videtur. Ex Plinio lib. 10. cap. 23. nullæ sunt coturnicum species, neque ex Targum ullum discrimen intercedit inter שליו, & פיסיוני. Ex מדרש תהלים Medrās Tehillim Psal. 4. Munstero פסיוני est placenta, sed coturnicis etiam significatio eo in loco potest convenire.

שַׁלַח Mittere, dimittere, emittere, ablegare. Exod. 3. 12. exuere, extrahere, nudare, spoliare. Isa. 32. 11. Raro in Targum occurrit juxta significationem Hebraicam, sed sæpe per שָׂרַר transfertur. Si conjungatur cum יָרַח manus vertitur per אוֹשִׁיט extendere: cum nomine אֵשׁ ignis, ut mittere in ignem, redditur per אוֹקִיר comburere; cum significatur dimissio vel cum expulsione, vel sine reditu, exponitur per הִתְרַךְ, vel פָּטַר. Diversa igitur erit Verbi שַׁלַח translatio pro varia dicendi ratione, ac modo. Pabel שַׁלַח Idem. Apbel אֶשְׁלַח Idem. 1. Sam. 19. 24. Ithpabel אֶשְׁתַּלַּח mitti, emitti, immitti, deferri.

שִׁילָה Schild. Nonnullis est a שִׁילֵי secundina: metonymice fœtus, filius. Cum affixo הֵא לoco ׀ filius ejus. Genes. 49. v. 10. Nominem autem שִׁילָה Schild intelligendum esse Messiam, colligitur ex triplici Targum, sive Paraphrasi Chaldaica, OnKeli, Jonathanis, & Hierosolymitana, in quibus pro שִׁילָה Schild habetur מְשִׁיחָא Messias; quod probarunt etiam in libris suis R. Salomō Kimchī, Bechai, & alii.

שִׁילוּחַ Siloe. Nomen vivi leniter fluentis, quasique clam serpentis. Quare nonnulli existimant Nehem. 2. 13. עֵין הַתְּנִין vocibus fons serpentis Siloe designari, quia leniter, quiete, ac placide fluit, serpitque instar serpentis. In Textu autem Hebræo Isa. 8. 6. legitur: יַעַן כִּי מָאֵס הָעָם הָיָה אֶת מַי הַשִּׁילָח Pro eo quod abjecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio. Talmudici ad hunc locum scriptum reliquerunt: Dixit Raf Joseph. Nisi esset Targum hujus versiculi, non intellexissem sensum ejus. Dicit autem Targum: Eo quod sprevit populus hic regnum domus David, quod gubernat eos placide, כְּמַי שִׁילוּחָא דְנְגְרִין בְּנִיחָא sicut aquæ Siloe, quæ fluunt quiete, id est, sensim, & leniter &c.

בֵּית הַשְּׁלָחִים Ager sitibundus. Ita appellatur ager, cui aquæ pluvie non sufficiunt, sed opus habet perpetua irrigatione. In libro מוֹעֵד Moed disputatur multis, quo tempore liceat hujusmodi agrum irrigare, diciturque: מוֹעֵד בֵּית הַשְּׁלָחִין potant, h. e. irrigant agrum sitibundum in Festo. Subjicitur ratio, Nam si non irrigetur הַרְרֵי תְרִירָה jugiter, & corrumpitur funditus. Aliis בֵּית הַשְּׁלָחִין est locus miffionum, sive lacus, unde aqua emittitur, sive locus, in quem aqua ex fossa immititur ad irrigandum, aut per quem mittitur, juxta illud הַשִּׁילָח מִים עַל פְּנֵי הַיַּרְדֵּן Mittens aquam in superficiem platarum. Job 5. 10.

שְׁלִיחַ Missus, legatus, nuncius;

Apostolus; nudus, nudatus. *Plur.* שְׁלִיחִין Legati, missi; Apostoli: nudi, nudati.

שְׁלִיחַ צְבוּר Synagogæ minister, cœtus Ecclesiastici nuntius, *operam præstans Levitis, Sacerdotibus, & Synagogæ Capiti:* ædituus: curator negotiorum ædis sacræ, *frve* Synagogæ Judæorum.

שְׁלִיחַ Vestibus exutus, *ut* וְעֵרְטָלָא exutus, & nudus.

שְׁלַח Pellis animalis. הֵבִיאוּ שְׁלַחֲךָ Ad-ducite pelles.

שְׁלַחֲךָ Aptator pellium, coriarius.

שְׁלִיחוֹת, שְׁלִיחוֹתָא Missio, legatio, Ap-
postolatus.

תּוֹשַׁלְחָתָא Idem. Judic. 5. 15.

שְׁלַחֲךָ Gladius, ensis. Job 33. 18.

שְׁלַחֲךָ Mensa, *frve* cibis appositis *in-*
*fer-*viens, *frve* alia quævis, *ut* numularia ad per-
mutandas pecunias adhibita. *De mensa hæc*
trita sunt apud Rabbinos. In אורחות חיים
Orchòth chajim: בְּנֵי הַיַּי זְהִיר בְּרַבְרֵי

תּוֹרָה עַל הַשְּׁלַחֲךָ וְכֹל שְׁלַחֲךָ שְׂאִין עָלָיו
דְּבַרֵי תּוֹרָה נִקְרָא קִיא צִיָּאָה בְּלִי מְקוּם

b. e. Mi fili, esto memor verborum Legis
in mensa. Nam omnis mensa, in qua non
agitur de verbis Legis, de ea dicitur: *vo-*
minus, & sordes sine loco. Isa. 28. 8. *In*
חכמה Rescith chocmà *autem fol.*

הַאֹכֵל עַל שְׁלַחֲךָ צְרִיךְ שְׂלָא יְהִי
נִרְגָּז וּבִלְעָן אֶלָּא כְּאֹכֵל לְפָנֵי הַמֶּלֶךְ

Qui comedit in mensa sua, non debet esse
gulosus, vel vorax, sed edere tamquam in
conspectu Regis. *Hæc adhibent Rabbini ad*
revocandam in memoriam sobrietatem, & Dei
providentiam, qua quotidie alimur, & susten-
tamur. *Sic in alio sensu* חֲרוֹבְתְךָ

חֲרוֹבְתְךָ כְּחֻבְתְךָ Ecce dos tua, *vel* pec-
cuniz dotis tuæ collocatæ sunt ad mensam
numulariam, *ut* nimirum illis numularius ne-
gotietur, *& inde* lucrum aliquod percipiat.
Sic apud Græcos τραπεζα *mensam* numulario-
rum significat.

De Mensa פָּנִים Panum propositionis, & לָחֶם פָּנִים
Panibus propositionis.

Mensa Panum propositionis confecta erat ex lignis שֵׁטִים Settim, & auro undique obdu-
cta. Longitudine duos cubitos æquabat, latitudine unum, altitudine sesquicubitum. Pedibus
quatuor incumbibat, quorum singuli annulo aureo. erant instructi, cui vectis inferebatur, *ut*
commodius, ac facilius portaretur. *Hæc mensa inferviebat* sustinendis decem Panibus propositio-
nis, *ad* quos recipiendos duodecim scutelle super ea ordinatim erant dispositæ.

Panes autem פָּנִים facierum, *frve* Panes propositionis hoc nomine appellantur, quia co-
nam Domino apponebantur in mensa, quæ erat in Sancto ante Adytum. Græci eos vocant
panes πρῶτον, *vel* ἀφ' ἑσθως, quemadmodum etiam Hebræi aliquando המַעֲרָכָה ordinatio-
nis, quia ordinatim in mensa disponebantur. Istis panibus, *ut* diximus, qui erant numero

duodecim, recipiendis duodecim scutellæ paratæ erant. Conficiebantur autem e simila sine fermento; in duos ordines distinguebantur, atque inter se æquis intervallis distabant, calamis aureis inter eos interpositis, ut ad illos liber aeri pateret aditus. Porro singulis Sabbatis Panes propositionis a Sacerdotibus tollebantur e Sancto, recentisque in eorum locum sufficiebantur. Hoc vero ritu, & cæremoniis id agebatur. Quatuor Sacerdotes in Sanctum ingrediebantur, ex quibus duo duas thuris acerras, alii duo duos panum recentium ordines deferrebant. Tum quatuor alii panes, & acerras e mensa tollebant. Postquam in mensa panes recentes disposuerant, egrediebantur, & panibus veteribus in mensa aurea vestibuli collocatis, thus admixto sale adolebant; denique iis inter se viritim divisis in loco Sancto vescebantur.

שְׁלַח עֵירָךְ Duabus his dictionibus in ritibus Paschæ celebrandi positis indicatur, post ritus, & cæremonias a Lege imperatas mensam juxta communem, ac vulgarem consuetudinem instruendam esse, cui accumbentes, nulla quantitatis, vel qualitatis ratione habita, possint ex arbitrio quidvis comedere.

שְׁלַחֵנִי Mensarius, argentarius, trapezista, numularius, collybista. Ita appellatur, quia pecunie negotiationem in mensa peragit. De his agit Majemonides in הלכות שקלים parte 1. **שְׁלַחַן הַשְּׁלַחֵנִי** mensa numularii.

שִׁלְחָה Mutare, commutare, permutare. Genes. 31. 41. Job

20. 24. **אֶשְׁתַּלְחָהּ** mutari, commutari, transferri. Psal. 46. 3. Job 29. 20.

שְׁלַחוּפֵי Pro, vice.

שָׁלַט Dominari. Eccles. 7. 21. fac. cumbere in coitu. Levit. 18.

23. & 20. 16. **אֶשְׁתַּלַּט** Idem. **פַּהֵל שָׁלַט** Idem. **אֶשְׁלִיט** idem. Item dominium concedere, copiam, vel potestatem facere. Amos 4. 1. Dan. 2. 38.

שָׁלִיט Dominus, dominator, princeps,

dynasta, potestatem, copiam habens. Dan. 2. 15. **לֹא שָׁלִיט** non copiam habens. Esdræ 7. 14. Plur. **שְׁלִיטִין** dominatores. Esdræ 4. 20.

שְׁלִטוֹן Dominatio, dominium, potestas. Isa. 9. 3. dominus, dominator. Mich. 4. 8. Eccles. 8. 8. Plur. **שְׁלִטוֹנִין** Dominia. Constr. **שְׁלִטוֹנֵי** domini. Mich. 13. 9.

שְׁלִטוֹן, שְׁלִטָּה, שְׁלִטָּה Idem. Genes. 37. 8. Isa. 14. 5. Plur. **שְׁלִטוֹנֵי דְּמוֹנֵי** domini. Significat etiam **שְׁלִטוֹן, שְׁלִטָּה** dominatorem, dominium, potestatem habentem, Imperatorem. Hinc **Turcarum Imperator** dicitur Sultân.

II. **שֵׁלַט** Clypeus, umbo, scutum. Plur. **שְׁלִטָּה** scuta. Jerem. 51. 11. 2. Reg. 11. 10. Constr. **שְׁלִטָּה** clypei. 2. Sam. 8. 7. Per metaphoram significat maculam latam instar scuti, ut Jerem. 13. 23. **וְנִמְרָא שְׁלִטֵי** Et pardus maculas varietatis suæ.

שְׁלִטוֹנֵיהָ Idem. Eccles. 6. 3.

כְּשֵׁלַט Idem.

שְׁלִטֵי, שְׁלִטָּה Scuta, umbones. Jerem. 51. 11. maculæ pardi, quia similes

sunt scutis, scutula. Jerem. 13. 23.

שָׁלַל *Hebraice.* Spoliare, prædari, diripere, auferre, abstrahere.

שָׁלָלִין Prædæ, spolia. *Esth. 3. 13.*

שְׁלוּלָא, שְׁלוּלָא Embryo, fœtus matris nondum in lucem editus: abortivum.

Deuter. 14. 7. in Jonathane.

שְׁלוּלָא, שְׁלוּלָא Abortus, abortivum. *Ecclef. 6. 3. Ab Hebraeis שְׁלוּלָא definitur, ut sit בֵּן תְּשֻׁעָה* fœtus novem mensium, id est, qui sit jam partui proximus, & vivus.

Hinc in Tractatu זבחים Zevachim fol. 35.

השחט את המוקרשין לאכול שליל או שליא *Macflans Sacrificia sanctificata, ut comedat de embryone, vel secundinis.*

שָׁלַל Consuere crasso, & rudi modo. *Hinc רכין של כובסין*

לשולל הבגדים זה עם זה *Mos fullonum est consuere pannos invicem, magnum cum parvo, ne quid perdatur. Utuntur Hebraei frequenter hoc Verbo, cum agitur de luctu.*

I-taque in מועד קטון Moèd Katòn fol. 22. legitur: Post omnes mortuos שולל לאחר

שולל crasse confuit rupturam vestis post diem septimum, **ומאחר**, sed recte refuit post diem trigesimum. Propter patrem, aut matrem **שולל** crasse confuit post diem trigesimum, nunquam autem recte refuit. **שוללת לאחר** mulier crasse refuit statim post lacerationem.

שָׁלַל Nidus, ovorum conglobatio in ventre gallinæ. *In ביצא Betzà fol. 7. legitur. Usurpatur de ovibus majoribus ad plenitudinem, & maturitatem vergentibus, de qui-*

bus dicitur שלל של ביצים; at אשכול של ביצים Botrus ovorum, de ovibus minoribus ex semine primum conglobatis.

Munstero ova multa simul. Verumtamen id nimis generale est.

שָׁלַם, שָׁלַם Absolvere, implere, complere. *Jof. 4. 1. absolvi,*

impleri, compleri, consummari, perfici, finiri, consumi, deficere. Gen. 47. 15. Jof. 8. 24. Isa. 60. 20. Pabel שָׁלַם absolvere, per-

ficere, finire, consummare: solvere, persolvere, reddere, retribuere, rependere, compensare. Exod. 21. 36. Judic. 1. 7. 1. Reg.

9. 25. Aphet אשלים perficere, absolvere, consumere. Deut. 32. 30. Job 23. 14. integrum, perfectum asserere. Isa. 44. 26. inte-

gre, perfecte, sincere incedere, ambulare, vivere. Isa. 38. 15. reddere, retribuere. Efdra 7. 19. pacem facere, vel inire. Jof.

10. 1. 2. Sam. 10. 19. Ithpabel אשתלם absolvi, consumi, absumi, deficere: reddi, retribuui, compensari. *Isa. 42. 19. Plal. 65. 2.*

שְׁלִימָא, שְׁלִימָא, שְׁלִימָא Integer, perfectus, absolurus. *Levit. 1. 3. Jof. 10. 13. salvus, incolumis: pacificus, pacatus. Plur. שְׁלִימִין, שְׁלִימִין, שְׁלִימִין* integri:

pacifici. Genes. 34. 21. Fœm. שְׁלִימָתָא, שְׁלִימָתָא, שְׁלִימָתָא integra, perfecta. *Levit. 3. 9. & 4. 28. Amos 1. 6. Plur. שְׁלִימָן* inte-

græ. Deut. 27. 6. שְׁלִימָא, שְׁלִימָא Pax, prosperitas, salus, incolumitas, integritas. *Genes. 29. 6. Jerem. 33. 9. לך שלם לך* pax tibi, salve. **שְׁלִימָא**

שְׁלִימָא לְכֶם pax sit vobis. *Hebraice לְכֶם שְׁלִימָא*

Genef. 43. 22. Sic Judic. 19. 20. & 6. 23. *pro* salвете, salvi fitis. *Rabbini autem usurpant עליכם שלום* pax fit super vos. *Sine pronomine שלם ויאמר למלכא שלם* Et dixit ad Regem, pax, *h. e.* Salve Rex. 2. Sam. 18. 28. Sic 1. Sam. 25. 6. ואת שלם Et tu salve, salva fit domus tua, salvi sint omnes tui. *In Gittin fol. 62. dicitur, Principibus, Doctoribus, & Magnatibus salutem duplicandam esse: שלמא למר שלמא למר* Pax domino, pax domino: עליכו מלכי: שלמא עליכו מלכי Pax vobis Reges, pax vobis Reges, *quo nomine eo in loco Rabbini inter ceteros eximii indignantur, quorum doctrina, monitis, consilio populi reguntur. Rabbinos autem recte vocari Reges probant Hebraei ex Proverb. 8. 15. בני שרים ישרו: כל שפתי ארץ: רוח לבשה את-עמשי ראש השלישים לה דויד ועמך בן-ישי שלום שלום לה ושלום לעזרה כי עזרה אלהיה: h. e.* Spiritus vero induit Amasai principem inter triginta, & ait: Tui fumus, o David, & tecum fli Isai: pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis. Te enim adjuvat Deus tuus. *Dum autem aliis salutem precantur, utuntur verbis Danielis 3. 31. שלמכין ישגא* Pax vobis multiplicetur, *estque apud eos Formula saturandi in exordio epistolae, pro salutem plu-*

rimam. Apud Majemonidem החיור שלום significat salutem reddere, h. e. respondere: ולא יתן שלום לרבו או יחזיר לו שלום זה כדרך שנותנים ליועיים ומחזירים זה לזה Neque dabit pacem Praeceptoris suo (*h. e. salutabit eum*) aut reddet ei pacem (*h. e. gratias ei salutanti aget*) sicut salutantur amici, & sibi invicem respondent. *In אבות פרקי אבות autem cap. 4. extat monitum Estto praeveniens pace, h. e. salutatione, quosvis homines. Hac enim ratione omnium amicitia, benevolentia, obsequium, & gratia facile comparatur.*

שלמות, שלמותא, שלמותא, שלמותא, שלימותא, שלימותא, שלימותא Integritas, perfectio, animi sinceritas. Psal. 78. 72. Job 5. 26. *Apud Rabbinos circumfertur: שלימות הפעולה מורה על שלמות הפועל h. e.* Perfectio operis docet de perfectione efficientis; *videlicet Auctoris excellentia. & virtus ex operis prestantia intelligitur שלמות אראשון* perfectio prima, *h. e.* hominis constitutio, indoles, & natura: שלמות האחרון perfectio ultima, *h. e.* mens, intellectus.

אשלמותא, אשלמותא Perfectio, impletio, absolutio, complementum. Exod. 28. 17. אבני אשלמותא Lapidis impletionis. Exod. 25. 7. *h. e. qui implebantur lapidibus pretiosis. Item initiatio, consecratio, cum sermo est de Sacrificiis, & Oblationibus. Ita autem appellabantur, quia iis Sacerdotum manus implebantur, cum eis tradebantur, us-*

Deo offerrent . Hinc Levit. 8. 28. קרבן
 הַנּוֹן אֲשֶׁלְמוֹתָא הַנּוֹן Sunt oblatio consecratio-
 nis, sive initiatoria . *Hebraice מְלֵאִים הֵם*
Sic in Jonathane Levit. 8. 22. דְּבַר אֲשֶׁלְמוֹתָא
 aries initiatorius . *Plur. אֲשֶׁלְמוֹתָא* perfe-
 ctiones .

אֲשֶׁלְמוֹתָא , אֲשֶׁלְמוֹתָא Initiatio . *Le-
 vit. 8. 34. in Jonathane .*

תּוֹשֶׁלְמָא , תּוֹשֶׁלְמָא , תּוֹשֶׁלְמָא Retri-
 butio, compensatio . *Isa. 34. 8.*

תּוֹשֶׁלְמוֹת , תּוֹשֶׁלְמוֹת Idem . *Plur.*
 תּוֹשֶׁלְמוֹת , תּוֹשֶׁלְמוֹת retributiones . *Deuter.
 32. 32.*

תְּשֻׁלוּמָא Idem . 2. *Sam. 19. 36. Plur.*
 תְּשֻׁלוּמָא retributiones, compensationes .
*Aliquando תְּשֻׁלוּמָא , vel תְּשֻׁלוּמָא est pre-
 positio pro , ut In Targum Hierosolymitano*
Levit. 24. 20. תְּבַר תְּשֻׁלוּמָא הַבֵּר עֵין
Fractura pro
fractura, oculus pro oculo, dens pro dente,
h. e. pro fractura reddatur equalis fractura,
*fractura sit retributio fracturae &c. Ex Talmu-
 dicitis isthac retributio fuit retributio תְּשֻׁלוּמָא*

תְּשֻׁלוּמָא per pecuniam . *Et R. Salomon Levit.*
24. 21. אִם אֵין תְּכַלָּה אֵין תְּשֻׁלוּמָא ubi nul-
 la est læsio, ibi nulla est compensatio .
Sic תְּשֻׁלוּמָא לְתְּשֻׁלוּמָא lædens focium
suum ad compensationem condemnatur .

תְּשֻׁלוּמָא פְּטוּר . פְּטוּר compensatio damni .
 תְּשֻׁלוּמָא נֶזֶק liber, immunis a compensatio-
 ne, cui opponitur תְּשֻׁלוּמָא obligatus, reus .

תְּשֻׁלוּמָא Idem . *Et adverbialiter, pro, lo-
 co, vice. Levit. 24. 20. in Jonathane .*

תְּשֻׁלוּמָא Salomon . *Nomen viri .*

שֶׁלֵךְ Mergus, avis . *Levit.*
 11. 7. *in Onkeloso, in Jonathane*
autem separatim scribitur שֶׁלֵךְ נֹנָא .

שֶׁלַח Educere, exuere, extrahere .
 Jud. 3. 22. stringere, de gladio
*usurpatum. Judic. 20. 2. de calceis, detrahe-
 re. Deut. 25. 10. Exod. 3. 5. de lapidibus,*
eruere. Levit. 14. 40. אֲשֶׁתְּלִיף ,
*Itbpabel אֲשֶׁתְּלִיף evaginari, educi, ex-
 trahi, avelli, exillire. Ezech. 21. 10. Jud. 5.
 22. Deuter. 19. 5.*

שֶׁלִיף Avulsam, evulsam . *Levit. 22. 24.*
 שֶׁלְפִיקוֹן Pustulæ . *Exod. 9. 9.*

שֶׁלַק Uredine perire, aduri, uredi-
 ne tangi . 2. *Reg. 19. 26.*

שֶׁלַק Elixare, in aqua coquere . *Meta-
 phorice de Sole usurpatur, qui calore suo*
quodammodo fructus coquit ad maturitatem
perducens, sicuti ignis carnes, vel alios cibos .

שְׁלֵשׁ , שְׁלֵשָׁה , שְׁלֵשֶׁת Tres,
 tria : שְׁלֵשִׁים triginta .

מִשְׁלֵשׁ Triangulum . *צורת מִשְׁלֵשׁ* Fi-
 gura trianguli .

שְׁלֵשׁ Trinitas, tres personæ Divinæ .

שְׁלֵשׁ Trinus . *Deus est שְׁלֵשׁ trinus in*
unitate, seu una essentia, sed non שְׁלֵשָׁה
tres Dii .

*Hebraei Jureconsulti ubi de jure mutui, cre-
 diti, vel debiti agunt, peculiariter hac radice*
utuntur . Hinc habetur in libro המִשְׁפָּט
*numer. 55. שְׁלִישׁ Tertius, videlicet deposti-
 tarius, sequester, in cuius fidem, vel apud*
quem rem, vel litem deponunt . השְׁלִישׁ
Deponere in fidem, vel custodiam tertii .

השֵׁל Deponi . שליֹשׁת Tertiatio , *b. e.* depositio in fidem tertii . שליֹשׁ בזמן שליֹשׁ Depo-
sitarius , quando depositum est adhuc in
manu ejus , fidem habet duorum testium .
שלא Etiam si alter litigantium dicat , שליֹשׁ
quod non fecerit eum deposti-
tarium , tamen השליֹשׁ depositario
istius fides habetur : etiam si ambo negent ,
שטר שריה tamen adhuc ei fides habetur .
שליֹשׁ Litteræ contractus , vel obliga-
tionis , quæ fuerint in manu depositarii ,
ac dicat coram Judice , illam obligationem
exolutam esse , fides ei habetur &c. על
Cum hac conditione השליֹשׁ
fuit depositarius : ליתן השליֹשׁ
אלא בפני בר Non debet reddere (*ex ma-
nibus suis*) depositum , nisi coram Judici-
bus , illisque verbis expressis explicare עניין
השליֹשׁ rationem depositi , quo scilicet
jure , & qua conditione illud acceperit .
שליֹשׁ Depositarius , שהושלש שטר בירו
in cujus manu depositum fuerit collocatum .

שֵׁל Catenis ligare . Jos. 2. 18.

16. *Itzpabel* אֶשְׁתִּילֵשֵׁל ca-
tenis ligari . Job 12. 17.

שֵׁלֵשָׁה Catena . Job 39. 20.

שֵׁלֵשָׁה , שֵׁלֵשָׁה Idem . *Plur.* שֵׁלֵשָׁה , שֵׁלֵשָׁה
catenæ , vincula ; & שֵׁלֵשָׁה , שֵׁלֵשָׁה
Psal. 117. 14. & שֵׁלֵשָׁה Esth. 1. 1. In *Tar-
gum secundo* , & שֵׁלֵשָׁה Psal. 129. 4.

שֵׁם Nomen . Exod. 31. 2.
Ezech. 22. 5. שֵׁם , שֵׁם
Deus . *Plur.* שֵׁמֹתָ , שֵׁמֹתָ nomina .

In מדרש רות Medrâs Ruth cap. 1. 3.
אשריו של אדם שיצא בשם טוב מן
Beatus homo , qui exit cum no-
mine bono ex hoc Mundo . In ר
בשמותם cap. 32. Sex nominati sunt
nominibus suis , antequam nascerentur , ni-
mirum Isaac , Ismael , Moses , Salomon ,
Josias , & Nomen Messiaë Jesus . In בראשית
ר מרות נאמרו בשמות , רכא
Quatuor proprietates dicuntur de nomini-
bus . Sunt , qui nomina habent pulchra ,
& simul opera pulchra . Alii nomina ha-
bent turpia , & eorum opera quoque sunt
turpia . Aliorum nomina sunt turpia , sed
opera pulchra . Aliorum denique nomina
pulchra , sed opera turpia . *Singula exemplis
ibidem illustrantur , ad quem locum curiosos
lectores mittimus .*

Porro שֵׁם in numero singulari in Rabbi-
norum libris cum variis nominum appellatio-
nibus conjunctum reperitur . Itaque vel est
Nomen per se , quo quis nominatur , vel
est Nomen Logicum , vel Nomen Gramma-
ticum , ex quo fit , ut hæc Nominum dis-
crimina occurrant : שֵׁם הדָּבָר nomen rei ,
b. e. nomen substantivum , & appellati-
vum : שֵׁם הקוֹרֵם nomen primitivum :
שֵׁם העֵצִים nomen derivatum : שֵׁם הַגְּזֵר
nomen substantiæ , *b. e.* substantivum :
שֵׁם התּוֹאֵר nomen formæ , *b. e.* adjectivum ,
nomen concretum . שֵׁם המְקַרֵּה nomen
accidentis , *b. e.* nomen abstractum : שֵׁם
שֵׁם מוֹרְכָב nomen simplex : שֵׁם הַלוּוִי
nomen compositum : שֵׁם הַלוּוִי nomen socie-

ratis, *b. e.* conjugatum, ut דָּבַר verbum: item nomen sociatum, videlicet adjunctum, sive adjectivum, ut אוֹזֵב hyssopus est nomen simplex, at אוֹזֵב רוֹמַי hyssopus Romanus est nomen sociatum: שֵׁם הַפְּעוּל nomen Verbale: שֵׁם הַנְּרָדָה nomen consecutivum, *b. e.* synonymum: שֵׁם הַמְצֻטָּרַף nomen relativum: שֵׁם הַנְּמִצֵּר nomen conjunctum, vel סְמוּךְ *b. e.* constructum: שֵׁם הַמְּוַעֲתֵק nomen translitivum: שֵׁם הַמְּסִיפֵק nomen analogum: שֵׁם מְפִירָר nomen dispersum, *b. e.* collectivum, quod numero singulari in multa dispergitur, sive multa complectitur: שֵׁם הַמְּוַסְבֵּם nomen univocum: שֵׁם מְשׁוֹתֵף nomen æquivocum: שֵׁם הַמְּשֻׁאֵל nomen aliunde commodatum, *b. e.* metaphoricum &c.

כֵּשֶׁם Sicut. In sequenti voce solet sequi כֵּשֶׁם, ut שְׂאֵי אֶפְשֶׁר כֵּשֶׁם sicut impossibile est: שְׂמִקְרִישׁוֹן כֵּשֶׁם sicut sanctificant. Dicendum autem כֵּשֶׁם, non כֵּשִׁים, sicuti solent proferre indoctiores Hebraei. Nam כֵּשֶׁם ponitur pro כְּהֵשֶׁם, quod est Dei nomen.

עַל שֵׁם עַל שֵׁם Propter. עַל שֵׁם, לְשֵׁם quod, propterea quod. In פְּרָקֵי אֲבוֹת cap. 2. כָּל־מַעֲשֵׂיךָ יְהוָה לְשֵׁם שְׁמַיִם. Omnia opera tua fient propter Deum. Brevius. הַכֹּל לְשֵׁם שְׁמַיִם Omnia propter Deum, ad nominis Divini gloriam.

מִשֵּׁם De nomine, propter. Idem ac מִשְׁוֹם.

שֵׁם, הַשֵּׁם Deus, Dominus. Sumitur præsertim apud Rabbinos pro Nomine Tetragrammato יְהוָה Adonai. Hinc verba Genes.

3. 8. קוֹל יְהוָה קוֹל הַשֵּׁם, & קוֹל הַשֵּׁם in Aben Ezra pro eodem accipiuntur. הַשֵּׁם הָרָאָה לִּי עֵץ הַחַיָּת Deum monstravit ipsi arborem vitæ. Post nomen autem שֵׁם, vel יְחַבְּרֵךְ sequi solet reverentia ergo יְחַבְּרֵךְ benedictus sit, vel per Abbreviaturam יְהוָה, vel הַשֵּׁם, quæ Abbreviatura significat הַשֵּׁם יְחַבְּרֵךְ Deus, qui sit benedictus. Hinc אֵלֶּיךָ מֵהַשָּׁמַיִם יְהוָה Quod Deus sit benedictus: הַאֵל לְךָ חֲכָמָה Num tibi est sapientia juxta sapientiam Dei, qui sit benedictus?

יְהוָה Nomen Domini. Idem ac Dominus. Hinc Ruth 4. 14. verba illa בְּרֹךְ יְהוָה Benedictus sit Dominus, Targum reddit בְּרִיךְ שְׁמֵיהּ רַבִּי Benedictum sit nomen Domini. Sic Deuter. 28. 59. לִירֵאת אֵת שֵׁם הַנִּכְבָּד וְהַנּוֹרָא אֵת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ Timendo nomen illud gloriosum, & reverendum, videlicet Dominum Deum tuum. Timere nomen Dei, & timere Deum idem sunt. Hinc R. David ad illud Isa. 16. 21. Et scient יְהוָה כִּי שְׁמִי יְהוָה quia nomen meum est Dominus, scriptum reliquit: כִּי אֲנִי יְהוָה Idem est cum illo; Quia ego sum Dominus. Nam Ipse est nomen ejus, & nomen ejus est ille Ipse.

שֵׁם שְׁלֹשׁ אַרְבַּע, vel שֵׁם שְׁלֹשׁ אֲוֵתוֹת Nomen quatuor litterarum. Rabbini hoc nomine designant nomen Dei proprium יְהוָה constans ex quatuor litteris, quod Græce dicitur τετραγράμματον. Hoc idem nomen passim in Talmude, & a Cabbalisticis appellatur

zur **שם הנדול והקדוש** nomen magnum,
& sanctum, quod idem in libro **זוהר** Zohar
lingua Chaldaica dicitur **שְׁמָא רַבָּא וְקַדִּישָׁא**,
& pretiosum: sic **שְׁמָא רַבָּא וְקַדִּישָׁא** nomen magnificum,
& pretiosum: sic **שְׁמָא רַבָּא וְקַדִּישָׁא** nomen glo-
riosum, quo nullum sub Cælo majus; vel

שְׁמָא הַנְּכָבֵד וְהַנּוֹרָא nomen honorandum,
& reverentia dignum: **שְׁמָא הַמְּיוֹחָד** no-
men proprium, videlicet Deo proprie con-
ueniens, eumque ab æterna essentia denomi-
nans: denique **שְׁמָא בֶּן אַרְבַּע אֲתִיּוֹת** no-
men filius quatuor litterarum; b. e. quod
ex quatuor litteris componitur.

De nomine Dei **יהוה** ab Hebræis dicto **שְׁמָא הַמְּפֹרָשׁ**

Scem hamphorâsch.

שְׁמָא הַמְּפֹרָשׁ Nomen expositum, nomen separatum. De eo vide Tetragrammaton Joa-
nis Drusii. De eodem nomine lingua Germanica a Luthero contra Judæos conscriptus fuit liber
inscriptus Schem hamphorâsch; quam appellationem nostrates etiam Hebræi ad hanc diem
retinuerunt. Per illud autem designatur Dei nomen ipsi proprium Tetragrammaton **יהוה**, nul-
li alii commune, maximum, gloriosum, & qualibet reverentia dignum, de quo multa passim
non solum in Hebræorum, sed etiam Christianorum libris reperiantur. Dicitur nomen expositum,
b. e. prolatum, declaratum, explanatum, pronuntiatum per nomen **אֲדוֹנָי** Adonai, b.
e. Dominus, vel explicatum per alias duodecim litteras, vel etiam quadraginta duas, ex qui-
bus alia varia, ac diversa nomina fuere composita, quæ **לְהַכְמִיִּים** Sapientibus tantummodo
apud præcos tamquam sanctissima arcana, & mysteria ore tenus deinceps credebantur, ex-
plicabanturque, ex quo factum, ut cum iisdem decursu temporis sepulta fuerint, & oblivioni
penitus tradita. Habemus quidem apud Petrum Galatinum, per septuaginta duo alia nomina
mystica fuisse explicatum, quæ ab eodem recensentur lib. 2. de Arcanis Catholicæ veritatis
cap. 18. Dicitur **מְפֹרָשׁ** separatum, quia ab omnibus aliis Dei nominibus se junctum est,
ipsique tantummodo proprie accommodatur, ac tribuitur. Vide R. Majemonidem cap. 61. parte
1. libri **מִוֵּרָה נְכוּכִים** Morè Nevuchim, R. Levi Ben Gerson, R. Bechai in Commentariis
suis in Legem, ad illud Numer. 6. 23. **כֹּה תְבַרְכוּ בַּהּ יְהוָה** Sic benedicetis; R. Salomonem ibidem,
& ad illa Isaie 42. 8. **אֲנִי יְהוָה הוּא שְׁמִי** Ego sum **יהוה** illud est nomen meum. Cla-
rius, & fusius cæteris de hoc nomine habetur in libro **עֲקָרִים** IKKariim Orat. 2. cap. 28.
quod propterea placet legentium oculis ipsissimis libri verbis exhibere. **שְׁמָא הַנְּכָבֵד** Nomen
illud gloriosum cum Jod, He, Vau, He, vocatur **שְׁמָא הַמְּפֹרָשׁ** Scemamphorâsch, id
est, **שְׁמָא הַנְּכָבֵד** nomen separatum, quæ locutio usitata est in libris Rabbiorum, ut
quando dicunt de re, quæ ab alia separata, & discreta est: **פֹּרָשׁ**: ut **בְּשֵׁר הַפֹּרָשׁ**

החי *Caro separata a vivo*: הַפְּרֹשׁ מִן הָעֵרְלָה *Separatus a præputio*. Sic homines, qui a se invicem dignitate, aut sanctitate separati, & discreti sunt, vocantur פְּרוּשִׁים. Sic quoque explicant Rabbini nostri in libro Siphre, & in Talmud illud: *Sic benedicetis filiis Israel*, Numer. 6. 23. nimirum בְּשֵׁם הַמְּפֹרָשׁ *per Schem hamphoràsch*. Dicit ne simpliciter per Schem hamphoràsch, an etiam per cognomen ejus Adonai? Textus me docet in sequentibus, ubi dicitur v. 27. *Et ponent nomen meum super filios Israel*. Nomen meum, scilicet הַמְּיֻחָד לִי *proprium meum*. Quibus declarant, quod nomina, quæ dicuntur de ipso Deo, & de aliis, imposita sunt ipsi sive ab effectis, sive a qualitate alia, citra affirmationem essentia ipsius; veluti nomen אֱלֹהִים *Eloim* denotat potentiam, ideoque dicitur de ipso, & de aliis, veluti de Angelis, & Judicibus. Sic אֲדֹנָי *Adonai* denotat *Dominum*, ideoque dicitur de ipso, & de aliis. Idem de aliis nominibus judicium est, quæ de ipso, & aliis per communicationem, & homonymiam dici possunt. Sed nomen quatuor litterarum Jod, He, Vau, He, nullo modo alii recte convenire potest, quia est nomen, quod de Deo tantum dicitur ratione æternæ ipsius essentia. Atque hac in re nihil quicquam communicatur cum eo ex cæteris entibus: unde vocatur שֵׁם הַמְּפֹרָשׁ *Nomen separatum*. Verumtamen si attente מקרא *Sacras literas legeris, non semel aliis etiam per metaphoram accommodatum, ac tributum invenies*. Sic in וַיְהִי הַלֵּךְ לִפְנֵיהֶם יוֹמָם בְּעַמּוּד עָנָן לְנַחֲתָם וַאֲלֵה שְׁמוֹת *Exod. 13. 21*. וַיְהִי הַלֵּךְ לִפְנֵיהֶם יוֹמָם בְּעַמּוּד אֵשׁ לְהַאֲרִי לָהֶם לַלַּיְלָה וּלְיָמֵם וּלְיָלָה: *b. e.* Et יהוה *Dominus* præcedebat eos interdiu in columna nubis, deducendo eos per rectam viam: nocte vero in columna ignis &c. Sic *Exod. 14. 19*. וַיֵּסַע מִלֶּאךֶּ הָאֱלֹהִים הַהֵלֵךְ לִפְנֵי מַחֲנֵה יִשְׂרָאֵל וַיֵּלֶךְ מֵאַחֲרֵיהֶם וַיֵּסַע הָעָנָן מִפְּנֵיהֶם וַיֵּסַע הָאֱמִילָךְ מֵאַחֲרֵיהֶם *b. e.* Profectus est itaque Angelus Dei præcedens castra Israel, & fuit a tergo ipsorum, & profecta est columna nubis ante eos, & substitit a tergo ipsorum. *Hinc in libro שְׁעָרֵי אִוֶּרָה* Scaarè orà *in principio*. Scito, quod nomen proprium יהוה denotat essentiam Creatoris nostri, omniaque ab ipso pendent. *Præterea additur*: Scito, quod omnia nomina sancta, quorum fit mentio in Lege, pendent a nomine quatuor litterarum יהוה. *Id vero similitudine allata explicatur*: שֵׁם בֵּן רֵךְ אֹרְזוֹת *Nomen quatuor litterarum est instar rami arboris*: nomen אֱהִיָּה autem est radix istius arboris, unde oriuntur plures radices, quæ extendunt se circumquaque in frondes. Reliqua autem nomina sancta sunt instar frondium, & palmitum, qui emittuntur ex ramo arboris, quorum quisque producit fructum juxta speciem suam. *Plura huc pertinentia vide in Tractatu סוֹטָה* Sotà *fol. 38. in libro נוֹה* Noh *fol. 202.* & *in Bemidbar rabbà ad illud Numer. 6. 23.* כֹּה תְּבַרְכּוּ *Sic benedicetis* &c. *Benedictio autem, quæ benedicebatur populo בְּשֵׁם הַמְּפֹרָשׁ in nomine, vel*

per nomen Schem hamphoràsch, vocabatur בְּרִכַּת כֹּהֲנִים benedictio Sacerdotum, quia ea Sacerdotes populo benedicebant. Sacerdos summus, sive Pontifex Maximus dictus כַּהֵן semel quotannis בַּיּוֹם כַּפּוּר in die Expiationis nomen Tetragrammaton יְהוָה juxta litteras, ex quibus constat, summa cum reverentia proferebat in Templo, sive Sanctuario. Ultimus autem Sacerdos, qui illud protulit, fuit שִׁמְעוֹן הַצִּדִּיק Simeon justus. Porro Templo, & urbe Hierosolyma per Vespasianum solo æquatis, penitusque dirutis, cum non liceret illud extra Templum pronuntiare, vera, ac germana ejusdem pronuntiatio periit, non sine singulari certe Dei judicio, ut impia gens, & perfida, cui Deus se cognoscendum proprio suo nomine prodiderat, ne nominare quidem, vel appellare eundem eodem nomine posset. De vera יהוה pronuntiatione vide, si placet, Questionem primam ex nostris Questionibus typis Seminarii Patavini editis anno 1725.

שֵׁם מְלֵא Nomen plenum. Ita appellatur nomen Tetragrammaton יְהוָה conjunctum cum nomine אֱלֹהִים, ut legitur Genes. 2. 8. וַיִּטַע יְהוָה אֱלֹהִים בָּיִם. Hinc ad illud Genes. 2. 4. שֵׁם מְלֵא עֲשׂוּת יְיָ אֱלֹהִים עַל עוֹלָם מְלֵא

שֵׁם Nomen. Raro forma absoluta שֵׁם in Targum occurrit. Pro ea enim Talmudistæ adhibere solent שׁוּם; at formam emphaticam שְׁמָא sæpe pro nomine Divino, & Tetragrammato יְהוָה usurpant, conjungunt tamen cum מְפָרֵשׁ, vel דְּמַתְּפָרֵשׁ quod expositum, vel separatum est, diciturque vulgo a Rabbis שֵׁם הַמְּפָרֵשׁ Schem ham-

phoràsch. Animadvertite tamen id intelligendum esse non de expositione illa, quam Rabbini artificiose finxerunt per duodecim, aut quadraginta duas litteras, aut etiam septuaginta duo nomina Cabbalistica, quod supra innuimus agentes de Schem hamphoràsch, sed de expositione, sive pronuntiatione, quæ fit per nomen ejus vicarium אֲדוֹנָי Adonai, quod etiam per se est nomen Divinum. Cum Pronominibus שְׁמִי nomen meum, שְׁמֶךָ nomen tuum, שְׁמִיָּהּ nomen ejus, שְׁמֵיהֶן nomen ipsorum, quod etiam dicitur שְׁמֵיהֶן a forma שׁוּם, de qua supra. Plur. שְׁמֵיהֶן nomina. Constr. שְׁמֵיהֶן nomina.

De Sammài.

שַׁמַּי Sammài, & Samèa, & Schammæus. Caput fuit Phariseorum paucis ante ortum Christi annis, & perpetuus Antagonista, & adversarius Hillelis Senioris. De Hillele, & Samèa hæc habet Cuneus de Republ. Hebræorum lib. 1. cap. 12. Divinus Senex R. Hillel... magni Concilii princeps erat, & alterum sub se Præsidem habuit Samèam, hominem truculentum, ambitiosumque, cujus sectatores, cum paulo post contra discipulos Hillelis

lelis insurrexissent, tantis studiis animos hominum concivere, pene uti totus populus pertractus in partes sit. De dissensionibus inter discipulos Hillelis, & Sammài multa habentur apud Auctores. De his vide Hottingerum Thesaur. Philol. pag. 42. & Joan. Lightfoot Hor. Talmud. pag. 335. editionis Lips. & Targum Hierosolymitanum in שבט Sabbat fol. 33. & שביעית Sceviit fol. 35. Post multas tamen inter ipsos contentiones, & digladiationes בן קול Bath Kol in Jafne Hillelis sententiam probavit, quo ostendit, ei potius, quam Sammài esse adhaerendum. Talmud Hierosolymitanum in בכורות Becordth fol. 3. Alia vide de Hillele hujus Lexici pag. 45. Dicitur fuit olim Hillel etiam Hellel, ut Emmanuel & Immanuel. De hac scriptioe agit Drusus Observ. l. 9. cap. 1. Appellatus fuit הלל הלקון Hillel senex, quod etatem centum, & viginti annorum atigerit. Princeps fuit, in ejusque familia principatus per decem generationes mansit, nimirum per annos circiter quadringentos usque ad alium Hillelem, qui appellatus fuit הנשיא hannasci, b. e. Princeps.

שָׁמַיִם Fortassis, fortasse, forte. Interdum in interrogazione significat num, numquid?

שָׁמַיִם Caelum, Caeli. Genes. 15. 5. Constr. שָׁמַיִם. Forma absoluta caret singulari, & plurali numero. Per metonymiam Deum significat, ut in illo Dan. 4. 23. דִּי שְׁלֵטִין די שָׁמַיִם Quod dominantur Caeli, b. e. Deus caelestis.

שָׁמַיִם Caelum: Deus per metonymiam, quia Caelum est propria Dei habitatio. Multa tum in Sacris litteris, tum in Rabbiorum libris reperiuntur, in quibus Caeli nomine Deus intelligendus est. Hinc Matth. 21. v. 25. τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ποῦ εἶναι; ἐξ ἡρῶν, ἢ ἐξ οὐρανόων; Baptisma Joannis unde erat? e Caelo, b. e. Deo, an ab hominibus? & Lucae 20. v. 4. Sic cap. 15. 18. ἤμαρ τὸ εἶς τὸ ἐπαρόν, καὶ ἐνώπιόν σου. Peccavi in Caelum, & coram te. In מדרש קהלת Medräs Kohèleth cap. 5. v. 6. Qui venit visitatum ægrotum, dicit, השמים ירחמו עליך b. e.

Caeli misereantur tui, b. e. Deus misereatur tui. & cap. 9. 12. יש לך ארם שחוטא בארץ ואינו חוטא בשמים בשמים ואינו חוטא בארץ וכו' b. e. Est qui peccat in terram, sed non peccat in Caelum, & est qui peccat in Caelum, sed non peccat in terram. Qui vero loquitur lingua mala, peccat in Caelum, & in terram. Apud Talmudicos tritum: השמים הכל לשם שמים Omnia ad Caelum, b. e. Deum, vel propter Deum; videlicet dicta omnia & facta ad gloriam Dei, vel gloriam nominis Dei referenda sunt. In פרקי אבות PirKè Avòth cap. 4. כל כנסיה שהיא לשם שמים סופה להתקים ושהיא לשם שמים אין סופה להתקים b. e. Omnis congregatio, quæ fit propter Caelum, b. e. Deum, finis ejus, ut maneat stabilis: quæ autem non fit propter Deum, tandem non manet stabilis. Item cap. 5. כל מחלוקת שהיא לשם שמים סופה להתקים ושהיא לשם שמים אין סופה להתקים b. e.

650 **מ ש**
 סופה לחתקים *b. e.* Omnis contentio, quæ propter Deum, *id est* propter verbum Dei, & fit propter Cælum, *b. e.* Deum, ea tandem perstabit, quæ autem non fit propter Deum, ea non perstabit. Quæ autem est contentio, *quæ fit propter Deum?* est contentio Hillèlis, & Sammài: quæ autem non est propter Deum, ea est contentio Kore, & ejus cætus. Numer. 16. Contentio, *id est*, disputatio. Propter Deum, *id est* propter verbum Dei, & dogmata verbi Divini.

שִׁמְר *Aphel* אֲשִׁמְר *Perdere, delere, destruere.* אִתְּפִּיבֵּל אֲשִׁתְּפִּיבֵּל *deficere a religione, apostatate, apostatam fieri.* Exod. 12. 43. *Rabbinis* שִׁמְר *est quasi seipsum perdere, destruere, penitus delere a Religione deficiendo.* *Hinc apud Judæos* אֲפִּיבֵּל *appellatur* מִשְׁוֹמְר *quasi perditus.*

De מְשֻׁמְר Mescummàd, *b. e.* Apostata Judæo.

Juxta opinionem Scaligeri in Tribaresio cap. 27. מְשֻׁמְר *ille tantummodo est, qui coactus a fide, & Religione desciscit, videlicet metu mortis, & persecutionis; at מְשֻׁמְרָא יִקֵּן qui sponte, & propria voluntate ab eadem deficit. Quotidie Judæi contra מְשֻׁמְרִים Apostatas, & deficientes a Religione Judaica precationem quamdam recitant, Deumque orant, ut eos a Regno Cælorum excludat, cui precationi dicitur, & maledicta contra Christianos annexa sunt, quæ eodem tempore in eos jaciunt. Cum autem pauci Christiani hanc noverint, placet iisdem ipsorum verbis, quæ hodie in Hebræorum libris extant, omnibus exhibere, & Latinitate donare. Ea est hujusmodi:*

וְלַמְּשֻׁמְרִים אֵל תְּהִי תִקְוָה וְכָל־הַמַּיִנִּים כִּרְנַע יֵאבְרוּ וְכָל־אֹיְבֵי עַמְּךָ מִתְּהַרָה יִכְרְתוּ וּמַלְכוּת יִדְוֹן תִּעַקֵּר וּתְשָׁבֵר וּתְכַנְעִים בְּמִתְּהַרָה בְּיָמֵינוּ; *b. e.* Et omnibus Apostatis nulla sit spes: omnes Hæretici, *b. e.* Christiani, quasi momento pereant, omnesque inimici populi tui cito excendantur: Regnum superbiæ eradicato, confringito, & destruito: subigito eos omnes cito in diebus nostris. Metu Christianorum in hac precatiuncula nonnulla mutarunt. Ex quo enim mos obtinuit apud Christianos Judæorum libros versandi, iisque censuram in nonnullis locis adjiciendi, aucentis nimirum circiter abhinc annis, וְלַמְּשֻׁמְרִים, quod proprie significat calumniatores, delatores, detractores, substituerunt pro וְלַמְּשֻׁמְרִים & Apostatis, videlicet Judæis, qui a Religione Judaica ad aliam transferunt, quod legebatur in libris antiquis, & manuscriptis, quemadmodum in libro contra Judæos publici juris facto Antonius Margarita luculentissimus testis est. Sic legitur ad hanc diem in Commentario ad librum Precum Cracovie editum in 4, in cujus textu est וְלַמְּשֻׁמְרִים. Audi verba Glossæ: וּפְרוּשׁ לְמִשְׁוֹמְרִים אֹתָם הַחוּטָאִים בְּנַפְשׁוֹתָם: וְהַזְכִּיר ד' מִשְׁוֹמְרִים מֵיָנִים אֹיְבִים וְזָרִים וְכַנְנָרָם אָמַר *b. e.* Apostatis, nimirum illis, qui peccant in ani-

mam suam. Commemorat autem quatuor peccatores, Apostatas, Hæreticos, Inimicos, & Superbos, contra quos totidem verbis dicit: Eradicato: Conterito: Destruito: Subigito, vel Humiliato. Cur autem a Religione Judaica desciscentes, & Apostatas מלשינים delatores, proditores vocent, ea ratio est, quia Judæorum technas, artes, & fraudes Christianis detegere consueverunt. Sic in editione quadam Precum Venetiis facta juxta ritum Romanensium, ut vocant, Judæorum legitur: כרגע וכלם תקוה וכל תהו תהו תקוה וכלם כרגע ולמלשינים וכל אויבך כרגע וכתרו ותכניע אותם במחרה בימנו: באי שובר אויבים ולמלשינים. Sic in altera editione pariter Veneta juxta ritum Hispanorum. כל תהו תקוה וכל הזדים כרגע יאברו וכל אויבך וכל שונאיך יי מתרה יכתרו וחרשעים במחרה תעקר ותשבר ותכלה ותכניעם במחרה בימנו: ברוך אתה יי Cur autem mutatio istiusmodi in his editionibus facta est? Eo videlicet consilio, ut Christiani maledicta, & diras in se jactas non animadverterent. Per dictiones autem מלכות ודון Regnum superbiæ, sive זרים Superbos, Christianos, Regnumque Romanum designant, sicuti per מינים Hæreticos, & אויבים Inimicos, vel שונאים Osores, plerumque Christianos eosdem intelligunt. Quamobrem nemo mirari debet, si in Tractatu ען Avodà zarà dicatur Apostatæ deficienti ad Idololatriam, videlicet Christiano, licitum esse mutuo dare in usuram, & in שלחן parte 4. num. 26. Apostatam, si ducat Apostatam in uxorem juxta Hebræorum statuta, ac postea ad Judaïsmum revertantur, conjugium ipsorum pro nullo haberi, & ad illud dissolvendum libellum repudiï non esse necessarium.

שמדע *Ithpabel* אִשְׁתְּמוּדַע Agnoscere, cognoscere. Genes.

37. 33. 1. Reg. 18. 7. notum, cognatum, affinem esse. Ruth 2. 1. & 3. 2. notum fieri, innotescere. Exod. 21. 36. Ruth 2. 11.

אִשְׁתְּמוּדַע Agnitio, cognitio, notitia, scientia. Isa. 3. 9. Item cognatio. Genes. 49. 5.

שְׁמַחַאי *Nomen Angeli, qui a sanctitate sua defecit, & cum*

socio suo Uziel e Cælo fuit deturbatus. Genes. 6. 4. in Jonathane.

שְׂמַח *Lætari, lætum, hilarem esse, gaudere: gratulari. Hebræice.*

Exod. 4. 14. Mich. 7. 8. Zach. 10. 7.

שְׂמִיחָה *Lætitia, alacritas, gaudium. Prov. 15. 21. 1. Reg. 1. 40.*

De die ab Hebræis dicto **שְׂמִיחַת הַתּוֹרָה** Lætitiæ Legis.

Apud Hebræos nono Tabernaculorum die celebratur Festum שְׂמִיחַת הַתּוֹרָה lætitiæ Legis, eoque imponitur finis lectioni Pentateuchi, & a prima Sectione rursus initium ducitur. Ut

vero pueris quoque aliquod lætitiæ argumentum suppetat, poma, pyra, nuces, aliæque cupediæ, & bellaria a senioribus in Synagoga iis tribuuntur. Deinde venditione munerum Ecclesiasticorum ad lectionem Legis spectantium publice in Synagogis per auctionem facta, חג הסוכות Festum Tabernaculorum omnino absolvitur. Ideo autem Rabbini censent, absoluto Pentateucho die שמחת תורה Lætitia Legis statim a prima פרשה Sectione ejusdem ספסוף Sponsum Berefcith exordiri, ne Satan Judæos gaudio gestientes propter absolutam תורה Legem videns apud Deum eos accuset, dicatque, ut habetur in Levusc Habchur num. 669. §. 1. Domine Mundi jam abolverunt Legem, sed nolunt amplius eam legere. Ex his vides, Judæos timere, ne accusentur a Satana de rebus vel minimis, & levissimis. Porro auctor שלחן ערוך in הלכות לולב contendit, Sectionem primam Geneseos legendam esse a principio usque ad verba illa cap. 2. v. 3. אשר ברא אלהים לעשות quod creavit Deus, ut faceret. Quis autem cachinnis non disrumpatur, qui audiat rationem a Rabbiniis allatam, cur lectio Legis absolvatur die nono Tabernaculorum, & ab ea iterum initium ducatur, id vero non fiat in principio cujuslibet anni? Audi Rabbiorum verba Levusc loco citato: Ut decipiatur Satan, ne agnoscat, quando sit ראש השנה Caput anni, & dies Judicii, neve Israelitas accuset &c. O deridendam Rabbiorum levitatem, qui Diabolum ex arbitrio sibi fingunt, modo callentem omnia, & prævidentem, modo summis in re qualibet ignorantia tenebris involutum!

שָׁמַט Intermittere, dilabi, elabi: cessare; dimitti, deturbari. **שְׁמִטָּה** Intermisso, quies, cessatio, emissio, admissio. Deut. 15. 1. 9. Amos 8. Deuter. 19. 5. אֶפְהַל אֲשַׁמֵּט intermittere, remittere. Psal. 6. 7. אֶשְׁתַּמֵּט dimitti, demitti, dejici, deturbari, elabi. Psal. 141. 6. Levit. 21. 18. in Jonathane. 5. Jerem. 17. 4. Sic vocabatur tum annus septimus, quo agricultura intermittebatur; tum integri septem anni. Levit. 25. Plur. שְׁמִטֹתָן intermissiones; & שְׁמִטֹתָן hebdomades annales, spatium septem annorum.

De anno Sabbatico Hebraice dicto שְׁמִטָּה.

Cum annus quilibet septimus vocaretur שְׁמִטָּה Scemittà, sciendum est, annum apud Hebræos vulgo vocatum Judaicum in annum Sabbaticum, & Jubilæum divisum fuisse. Itaque annus Sabbaticus dicebatur annus שְׁמִטָּה Scemittà, scilicet intermissionis, quia eo anno vetitum Judæis debita exigere, servos retinere, & terram colere. Græce annus Sabbaticus appellabatur ἐνιαυτός ἡ ἀφέσεως. Quemadmodum autem dies ante Sabbatum vocabatur ערב השבת vespera Sabbati; ita annus sextus dicebatur ערב השביעית quasi vespera anni

septimi. Nonnulli hunc annum Sabbaticum volunt dictum fuisse etiam שַׁבָּת Sabbathum, & illum significasse Christum cum dixit Matth. 24. 20. Προς δ' ἄλλους ἔτι καὶ μὴ χιλιῶτος ἢ φυγῆς ὑμῶν χιλιῶτος, καὶ ἔτι ἐν Σαββάτῳ. Orate autem, ne fuga vestra fiat hyeme, vel Sabbato, sc. anno Sabbatico, quo agri erant sine fructibus, quemadmodum tempus hyemis fugientibus maxime adversatur. Alii vero arbitrantur, loco citato Christum ad spatium itineris Sabbatici respexisse. Itaque singuli anni septimi erant Sabbata terre, non secus ac singuli dies septimi hebdomadæ Sabbata. Hinc apud Judæos triplicis generis Sabbata dabantur, alia dierum, alia hebdomadarum, alia annorum. Quod pertinet ad servos libertate anno Sabbatico donandos, id intelligendum de servis Hebreis, cum alienigenæ in libertatem non vindicarentur. Debitorum vero exactio illo tantummodo anno intermittebatur, debito manente, & salvo jure creditori illud sequentibus annis repetendi, & tradendi chirographi סִנְהֶדְרִין מַגְדוֹל Synedrio Magno ad jus exigendi renovandum. Quidam tamen volunt, id obtinuisse solummodo in terra Chanaan, in aliis autem locis debitorum remissionem fuisse perpetuam. Annus Jubilæus a die decimo mensis תִּשְׁרִי Septembris incipiebat, & ab anno decimo quarto ingressus in terram sanctam numerabatur. De anno יוֹבֵל Jubilæo vide pag. 182. hujus Lexici.

מִשְׁמַט Locus derelictus, intermissus, vel dimissus a cultura, & satione. Soph. 2. 9.

שְׁמוּטָא, שְׁמוּטָא Bruchus, species locustæ: aliis ærugo. Joel. 1. 4. 1. Reg. 8. 37.

הַשְּׁמִטָּה Dimissio. Rabbini, & Talmudici inter se acriter de jure dimissionis, seu remissionis digladiantur. In Tractatu enim גִּטִּין

דמדאורייתא משמטא

Ex Lege dimittit debitum annus septimus, & Hillel fenex fecit Statutum, ut annus septimus non dimittat debitum. In גִּמְרָא Ghemará respondetur, non fuisse Statutum generale Hillelis, sed speciale de anno septimo in illo tempore. Scriptura enim

Deuter. 5. 2. וְזֶה דְבַר הַשְּׁמִטָּה שְׁמוּטָא וְזֶה חֹב הַשְּׁמִטָּה

Hoc autem est jus remissionis, remittito &c. illud innuit, שבשתי שמטות

Scripturam de duabus remis-

sionibus loqui, אַחַת שְׁמוּטַת קֶרֶקַע alteram videlicet esse intermissionem culturæ

terrae, וְאַחַת שְׁמוּטַת כֶּסֶפִּים alteram autem esse remissionem pecuniarum. In Tractatu autem שְׁבִיעִית Scévihith cap. 10. legitur:

שְׁבִיעִית מִשְׁמַטָּת אֶת הַמְלוּהַ Septimus annus dimittit creditorem, nimirum efficit, ut creditor non possit debitum exigere, cogaturque ejusdem exactiorem intermittere.

פרובול אִינוּ מִשְׁמַט פְּרוּבּוֹל Prosbol, (b. e. statutum de anno septimo) non dimittit debitum.

הַמַּחְזֵר חֹב בְּשִׁבְעִית יֹאמֵר לוֹ. מִשְׁמַטָּת אֲנִי Qui restituit chirographum in anno septimo, dicet debitori: Remitto ego debitum &c. Quid fuerit Hillelis Prosbol, ejusque exemplar vide hujus Lexici pag. 438.

שְׁמַאלָא, שְׁמַאלָא Sinistra manus,

- nus, sinistrum latus, *vel* pars. Genes. 24. 49. Levit. 14. 15. Deuter. 5. 32. שְׂמָאלוֹ finis-
ter, a, um. *Fœmin.* שְׂמָאלֵיחָא, שְׂמָאלֵיחָא sinistra. Deuter. 11. 18. *in Jonathane.*
- שָׂמָם *Ithpabel* אֲשַׁתְּמָם Stupefere, obstupefcere. Dan. 4. 16. *Ithpabal* אֲשַׁתְּמָם Idem. *Item* insanum, stupidum, stultum agere. 1. Sam. 21. 13. vastari, desolari. Thren. 4. 5.
- אֲשַׁתְּמָמוֹ אֲשַׁתְּמָמוֹ Stupor, terror, defolatio, vastitas. Jerem. 8. 21. & 51. 37. Ezech. 12. 19.
- שְׂמָמִיתָא Stellio, *species arvis immundæ.*
- Levit. 11. 30. *in Jonathane.* R. Salomoni La-certa.
- שָׂמֵן שְׂמֵן שְׂמֵנָא Pinguedo, adeps, oleum, butyrum. Genes. 18. 8. Isa. 7. 22. *pinguis adjective.*
- שְׂמֵנָא Idem. Judic. 3. 22.
- שְׂמֵינָא Pinguis. Isa. 5. 1. *Plur.* שְׂמֵינֵי, שְׂמֵינֵי pingues. 1. Sam. 15. 9.
- שְׂמֵינֵיחָא שְׂמֵינֵיחָא Pinguedo: optimum, præstantissimum. Genes. 45. 18. Levit. 7. 20. *in Jonathane.*
- שְׂמֵינֵיחָא Allium sylvestre *allio hortensi* *molle minus, quod appellatur שׂוֹם.*

De Teruntis, Prutis, Quadrantibus, aliisque Nummis olim in usu apud Hebræos.

שְׂמֵן שְׂמֵן Teruntius, Quadrans. Nummulus fuit parvus æreus olim in usu apud Hebræos. Apud Latinos usurpatur pro nummo minutissimo, ut in illo Lucæ 12. v. 59. Dico tibi, non exhibis inde, donec etiam novissimum minutum reddas. פְּרוּטָא Prutæ autem valor aliquando augebatur, aliquando minuebatur. Duplex Prutæ erat supputatio apud Talmudicos. Erat enim vel octonarius, vel sextarius Assarii. De Assario mentio injicitur Matth. 10. v. 29. *Ὁὐχ' ἔδω εἰς τρεῖς ἢ τετράς παλάτια;* Nonne duo passeruli Assario veneunt? Assarii autem valor quandoque erat sex nummulorum, quorum singuli פְּרוּטָא Pruta vocabantur. Prutas autem adhibere solebant Hebræi egenis eleemosynam facientes, sicuti nos stipem rogantibus obolos solemus dare. Certant inter se Rabbini de valore Prutæ. Alii ex iis פְּרוּטָא אַחַד מִשְׁמֵנָא באיסר Alii פְּרוּטָא אַחַד מִשְׁשָׁא באיסר האטלקי Pruta est una ex octo partibus Issâr, sive Assarii Italici; aliis autem פְּרוּטָא אַחַד מִשְׁשָׁא באיסר האטלקי Pruta est una ex sex partibus Issâr, sive Assarii Italici. Ut autem supputationes hæc conficiantur, varie monete solent adhiberi, quæ ad drachmam, sive quadrantem Sicili duntaxat reducuntur. Ad constituendum vero Siculum quatuor drachmæ requirebantur. Supputatio, ex qua colligitur, Prutam esse sextarium, sive sextam partem Assarii, hoc modo a Talmudistis constituitur in גְּמָרָא Ghemarâ. Rabbân Simeon Ben Gamaliel dixit: שלשה הדרשין למעה: שני הניצין להדרס: שני שמינין להניץ: שתי פרוטות לשמין: b. e. Tres Hadresin constituunt Maam, duo Hanitzin constituunt unum Hadrès, duo Sceminin constituunt unum Hanitz, duo Pru-

- שָׁמַע** Audire, exaudire, attendere, auscultare, parere, obedire, obtemperare. Numeror. 14. 15. 2. Reg. 25. 11. Jos. 6. 5. Dan. 3. 5. *Ithpebal* אִשְׁתַּמַּע, & *Ithpabel* אִשְׁתַּמַּע audiri, exaudiri. Exod. 23. 13. Jerem. 21. 9. auscultare, obedire, obtemperare. Jerem. 51. 14. *Circumfertur inter Hebraeos, tritumque usu Proverbium est ex סנהדרין Sanhedrin fol. 95. desumptum: אנב אשחמע לבעל אירחך b. e. Dum es in via, obedito inimico tuo. Ei solet praefigi אינשי דכאמרי היינו דמאמרי* Sunt, qui dicunt, homines. *Idem omnino suggerit viatoribus, & simul peregrinantibus Christus Matth. 5. 25. וְעַתָּה אֵלֶיךָ וְעַתָּה אֵלֶיךָ וְעַתָּה אֵלֶיךָ* Esto consentiens adversario tuo cito, dum es in via cum eo. *Apud אשמע audire, vel audiri: nuntiare, annuntiare, proclamare, promulgare, audiendum proponere. Deut. 4. 36. Isa. 13. 23. & 62. 11. Psal. 26. 7. sonum edere, sonare, resonare, personare: audire facere. Jerem. 49. 2. Psal. 143. 8. Apud Talmudicos מינה שמע Audio inde, percipio inde.*
- שָׁמַע**, **שָׁמַע**, **שָׁמַע** Auditus, auditio: rumor, fama, nuntium, sonus, sermo. Genes. 29. 13. Psal. 18. 45. Isa. 66. 19. **שָׁמוּעַ** Auditus. 1. Sam. 22. 45. **שְׁמוּעָה** Idem. 1. Sam. 2. 24. *Plur. masc.* **שְׁמוּעוֹת** rumores. Cant. 5. 10. **שְׁמִיעַ** Auditus, auditio, obedientia. Job 42. 5. Isa. 11. 3. *Item auris. Plur. constr.* **שְׁמִיעַי** aures. **שְׁמִיעָה** Auscultatio, obedientia. 1. Sam. 22. 14. **שְׁמוּעָה** Auditor, audiens. Prov. 21. 28. **שְׁמוּעָה** Fama, rumor, auditio, sermo. *Est etiam Rabbinis narratio, historia, fabula, quæ audienda proponitur.* **שְׁמִיעָה** Lectio, quam Magistri discipulis suis audiendam proponere, ac praelegere solent, dicta quasi Auditio, quia a discipulis auditur. *Eodem modo Hebraei vocant מקרא Lecturam sacram, quam nos appellamus Scripturam sacram. Ab omnibus enim legenda est, cum singulis a Deo sit exhibita.*
- II. **שָׁמַע** Ministrare, servire.
שָׁמַע Minister, famulus.
שִׁמְעוֹן Nomen lapidis pretiosi in pectorali Aaronis positi pro nomine **שִׁמְעוֹן** Simeonis. *Hebraice פְּטֶרֶה, Chaldaice יִרְקוֹן, vel יִרְקָתָא. Ast hoc legitur in שמות רבא Scemòt rabbà sect. 38.*

De lapide **שָׁמִיר** Samir.

Samir est petra adamanti quodammodo similis, durissima ut silex. **בְּקִיף כְּשָׁמִירָא** Durum ut adamas. Zach. 7. 12. **כְּשָׁמִיר חֹק מִצּוֹר** Sicut Samir fortior est rupe. Ezech. 3. 9. *Ex Talmudicis autem שָׁמִיר Samir vermiculus fuit magnitudine granum hordeaceum æquans, quo utebantur artifices ad scindendos, ac findendos lapides durissimos. Itaque narrant, lapides pretiosos Aaronis אֶפְרָת Ephodi insertas hoc vermiculo a Moyse dolatos fuisse: addunt*

dunt etiam, eodem diffisos lapides a Salomone ad Templum extruendum, cum l. 1. Reg. 6. v. 7. ex lapidibus dolatis, & perfectis edificatum fuisse legatur. In פרקי אבות PirKè Avòth cap. 5. Porro שְׁמִיר Samìr inter illa decem recensetur, quæ a Deo creata a Rabbinis dicuntur vespere Sabbati sub crepusculum. In משנה Misnà Tractatu סוטה Sorà dicitur vermiculus שְׁמִיר Samìr defuisse, ex quo Templum vastatum fuit, & in גמרא Ghemarà additur ejus usus ad lapides findendos. Plura de vermiculo שְׁמִיר Samìr habet R. David, quæ jurabit hoc in loco in gratiam Philo-Hebraeorum subjicere. Scriptum itaque reliquit 1. Reg. 6. v. 7. ad verba אבן שלמה. Quomodo scilicet advexerunt eos de monte, ubi cædebant eos, sicut decebat. Postquam vero eos advexerant ad Templum, nihil quicquam amplius ex eis cædebant, sed integris utebantur ad structuram, prout eos adduxerant de monte. Sunt ex Rabbinis nostris, qui asserunt, etiam in monte non fuisse cæsos ullo instrumento ferreo, שְׁמִיר שנקרא אחת בחולע אלא sed per vermiculum quemdam, qui vocatur Samìr. Eum si adhiberent ad lapides, statim fuerunt per se fissi, & dolati. Ajunt etiam, vermiculum istum fuisse כמין שעורה instar grani hordei. Posuerunt eum, & conservaverunt eum in arcula plumbea cum fufuribus hordeaceis. Si ponerent eum etiam supra montem, diffindebatur eum. Eo divisit Salomon omnes lapides Templi. Quis autem dedit eum Regi Salomoni? aquila adduxit eum ex Paradiso, sicut dictum est: וַיְדַבֵּר שְׁלֹמֹה עַל הַבְּהֵמָה וְעַל הָעוֹף Et locutus est Salomon ad jumenta, & ad aves. 1. Reg. 5. v. 13. Quid locutus est ad aves? quæsit ex eis, ubi esset שְׁמִיר Samìr vermiculus. Confestim avolavit aquila, & attulit eum, adduxitque ad Salomonem ex Paradiso. Estque hoc unum ex iis, quibus dedit Deus dominium, ut tenerum, & molle dominaretur in durum. Eo dolavit Moses lapides Ephod pretiosos: eo dolavit lapides Tabularum primarum, & secundarum Legis. Hæc vero per Cabballam, b. e. Traditionem, habuerunt Rabbini nostri inde a diebus Mosis, quæ nostrum non est in dubium vocare, aut de iis disputare. Quæ de aquila R. David assert, invenies in ילקוט JalKùt 1. Reg. 6. desumpta ex Medràsch טיב שוחר. Vide etiam de שְׁמִיר Samìr R. Salomonem Isa. 5. v. 6. ut silentio præteream impiam, ac prolixam fabulam, quam Talmudici excogitarunt de Salomone Templum edificaturo.

שְׁמִיר Fæces. Jerem. 48. 11. Hoc nomine fæces appellantur, quia vinum, aliosque liquores conservant, donec purificetur, ita dictæ a Verbo Hebraico שָׁמַר conservare, custodire.

שָׁמַר Servire, colere, ministrare.

1. Sam. 16. 21. Ezech. 44. 11. coire, congregari, concumbere, rem habere. Deut. 22. 24. Job 31. 10. Itspabel אֲשַׁתְּמִשׁ ministrari, coli.

שָׁמַשׁ Minister, proprie Sacrorum, Diaconus, Subdiaconus. Vicarius Sacerdotis dic-

וְהָיוּ בְּיָמָיו *bujus autem vicarii minister* שָׂרֵפִי.

Plur. שְׂרָפִים ministri. Isa. 6. 2. 6.

מְשִׁיבָה Minister, Diaconus : concumbens. Deut. 22. 22. *Plur.* מְשִׁיבִים, מְשִׁיבִים ministri. *Fæm.* מְשִׁיבָה ancilla, famula, ministra. *Plur.* מְשִׁיבִים famulæ.

מְשִׁיבָה Idem. Numer. 11. 28. 2. Sam. 13. 17. *Plur. cum aff.* מְשִׁיבִים ministri ejus. Esth. 6. 3.

שְׂרָפִים Idem. *Plur.* שְׂרָפִים ministri. Isa. 6. 2. 6. *Fæmin.* שְׂרָפָה ministra. *Plur.* שְׂרָפִים ministræ. 1. Sam. 8. 13.

שְׂרָפָה Ministerium, munus, officium. Numer. 4. 12. usus. *Cum aff.* שְׂרָפָה officii mei. Genes. 41. 13. *in Jonathanane.* Apud Grammaticos בְּשִׂמְשֵׁי Littera בְּ ministerii, videlicet servilis. Apud Rabbinos occurrit שְׂרָפָה usus, officium libri Psalmorum. Hoc titula liber Psalmorum est etiam inscriptus.

שְׂרָפָה Ministerium : Sol. Judic. 11. 18. *Plur.* שְׂרָפִים, שְׂרָפִים ministeria : Soles. Exod. 12. 6.

שְׂרָפָה Ministra, famula. *In* בְּרָאשִׁית *Scriptum reperitur* מְשִׁיבָה רַבָּא.

שְׂרָפָה Ministerium, officium : usus : supellex. Deut. 7. 26. congressus, coitus, concubitus. Genes. 19. 8. Levit. 18. 14. *Apud Rabbinos etiam* supellex, vasa ad ministerium rei alicujus adhibita. *Monita varia tum apud Talmudicos, tum apud Rabbinos habentur de concubitu.* בא מן הדרך ושימוש מיטתו הוויין לו. ויתקין

& obiens officium lecti, erunt ipsi liberi debiles. הממשש מטחו לאור הנר הרי כנגונה Administrans officium lecti ad lumen lucernæ, id turpe est. אסור לאדם רמשמשה על ארצא Vetitum est homini obire officium suum interdiu. Quæ coit super terram, ei erunt liberi longi colli. רמשמשה Quæ coit in mola, ei erunt liberi epileptici. *Cum autem Rabbini velint prohibitum fuisse in arca Noe invicem coire, ideo ajunt in סנהדרין שלשה שימושו בחיבה Sanhedrin fol. 108. Tres coiverunt in arca Noe, & omnes vapularunt, nempe canis, corvus, & Cham. Hinc factum volunt, ut canis post coitum נקשר alligetur fæmine-cani; corvus semen per fauces evomat, & Cham posterii, videlicet Æthiopes, nigri nascantur, quorum pater fuit כוש Chus Chami filius. Animadvertunt etiam, omnia animantia coire facie cervici obversa, tribus exceptis, homine nimirum, pisce, & serpente. הממשש מיטחו מעומר אחוחו עוית Qui obit officium lecti stans, corripit eum spasmus; sedens, corripit delirium. הקין רם ושימש מטחו הוויין לו בנים ויתקין הקיו שניהם ושימשו הוויין להן בנים בעלי ראחן Qui emiserit sanguinem (per vene sectionem) & concubuerit, erunt ei liberi debiles: si ambo venam secuerint, & coiverint, habebunt liberos ulceribus plenos. *Utrum autem his fides habenda sit, Physicorum, Medi-**

dicorumque iudicio relinquendum. כְּלֵי הַשִּׁישִׁי. Heutenfilia. Plur. תְּשִׁישִׁין congressus. Levit. 20. 17.

שׁוּמְשִׁמָּה Formica. Prov. 6. 6. Plur. constr. שׁוּמְשִׁמֵּי formicæ. Prov. 30. 25.

II. שִׁמַּשׁ, שִׁמַּשׁ Coire, rem habere, concumbere. Fuit in usu Verbum Babylonis præsertim, & Hierosolymitanis. In Targum

hoc in sensu aliquando respondet Verbo Hebraico עָנָה, aliquando שָׁכַב, aliquando כּוּא. Deuter. 22. 25. Levit. 18. 7. Job 31. 10.

שְׁמָתָה Schammata, excommunicationis species. Num. 21. 25. Cant. 2. 6. Plur. שְׁמָתָי. Deuter. 7. 26. in Jonathane.

De Excommunicatione apud Hebræos dicta שְׁמָתָה Schammata.

Hujus vocis שְׁמָתָה Schammata quatuor derivationes assignantur ab Hebræis. Alii volunt, eam esse dictionem compositam ex duabus vocibus שָׁמַשׁ, vel שְׁמָה Dominus, & אָתָּה venit, pro Futuro veniet, quasi diceret, Dominus procul dubio veniet ad ulciscendum. Hanc suam opinionem confirmant textu illo 1. ad Corinth. 16. 22. Εἰ τις ἐ φιλεῖ τὸ Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἥτω ἀνάθεμα, μαρὰνὰθά. Si quis non amat Dominum Jesum Christum, esto anathema, Maranatha; quod verbum μαρὰνὰθά Maranatha Syriacum est, idem omnino significans, ac שְׁמָתָה Schammata. Etenim שָׁמַשׁ significat Dominum, & אָתָּה venit.

De Maranatha vide pag. 276. hujus Lexici. Alii censent, שְׁמָתָה Schammata denotare שָׁמַשׁ ibi mors, quasi Excommunicatus reus mortis habendus sit. Alii arbitrantur, שְׁמָתָה Schammata idem esse, ac שְׁמָמָה חֲרָה desolatio erit. Alii denique reliquis verius nominis originem deducunt a Verbo שָׁמַת separare, excludere, excommunicare, quorum opinionem nos quoque amplectimur, duas alias potius allusiones, quam etymologias prorsus respuentes. Hac excommunicationis specie שְׁמָתָה Schammata dicta Alexander Faber avarius videtur percussus 2. ad Timoth. 4. 14. Πολλά μοι κακά ἐπέδειξεντο. ἀποδῶν αὐτῷ ἡ Κόλασις καὶ ἡ ἔργα αὐτοῦ. Multa mala mihi exhibuit, reddat ei Dominus secundum facta ipsius. Erat autem שְׁמָתָה Schammata pœna inter ceteras Ecclesiasticas gravissima, qua homo excommunicatus multis maledictionibus redditur exosus Deo, & hominibus, & soli Divino iudicio destinatur, ut ab eo scelerum justissimam pœnam referat, & nisi resipiscat, æternis cruciatibus torquendus reservetur. Porro tribus modis aliquis ab aliorum consuetudine removebatur, vel ipsi præsentis Excommunicatione illata, vel absentis alicujus verbis denunciata, vel schedula per apparitorem oblata. Idem autem, qui excommunicaverat, ab Excommunicatione liberabat, si adhuc erat superstes. Nam, si diem obiisset, a Principe anathemate percussus erat solvendus. Quoties anathemata inferenda, ad incutiendum timorem Judei buc-

cinis clangunt, & cornua inflant. Ceterum potestatem excommunicandi sibi permissam esse volunt Judæi exemplo Josue, Esdræ, & Nebemie.

בַּר שְׂמָתָא Filius Excommunicationis, *b. e.* reus Excommunicationis.

שָׁנָה, **שָׁנָה** Iterare, secundo facere. Dan. 7. 19. mutari, immutari, variari. Deuter. 34. 7. Dan. 3. 27. **שָׁנָה** mutare, immutare, permutare, variare. Jerem. 52. 33. 2. Reg. 25. 29. Prov. 27. 8. **אִשְׁתַּנִּי** mutari, immutari: mutare se, mutatum, diversum se ostendere, dissimulare se. Deuter. 32. 5. Dan. 3. 19. **אִשְׁנִי** mutare, permutare: mutari. Hof. 6. 10. Psal. 89. 4. Malach. 3. 6. repetere. 2. Samuel. 8. 3. **אִשְׁתַּנִּי** mutari. Deuter. 34. 7. in Targum Hierosolymitano.

II. **שָׁנָה** Discere: docere; sicuti לָמַד a Rabbini usurpatur: legere. *Monita Rabbinarum*: כל השונה לתלמיד שאינו הגון נופל בנהגם Qui docet discipulum non honestum, cadet in gehennam. כל השונה לתלמיד שאינו הגון כאלו זורק אבן למרקוליס Quicumque docet discipulum inhonestum, perinde est, ac si projiceret lapidem ad statuam Mercurii, *b. e.* quasi *Idola coteret*. אל תאמר כשאפנה אשנה Ne dicas: cum otiosus ero, discam: forte non suppetet tibi otium. *Admonentur homines, sedulam, diligentem, & assiduam studiis operam dandam esse, cum mora periculo, & damno cavere non soleat.*

שָׁנוּיָה Perceptum, apprehensum.

שָׁנָה Mutationes. Isa. 30. 10. *Aliis insanix, deliramenta: aliis res mirabiles, mirabilia, ut apud Rabbinos* דָּבַר מְשׁוּנָה.

שָׁנָה, **שָׁנָה**, **שָׁנָה** Annus. Numer. 28. 3. Isa. 63. 4. Levit. 25. 53. *Plur.* שָׁנִים, שָׁנִים anni. Genes. 11. 10. Psal. 77. 6. *De annis Judaicis vide in dictionibus Rabbiniticis.*

Annus dicitur שָׁנָה quia ab eodem puncto semper iteratur, & ad primum vestigium redit. **שָׁנָה שָׁנָה** annuatim. **כְּשָׁנָה כְּשָׁנָה** sicut quotannis.

שָׁנָה פְּשׁוּטָה Annus simplex, videlicet compositus ex duodecim mensibus. **שָׁנָה הַלְּבָנָה** Annus Lunar. **שָׁנָה הַחַמָּה** Annus Solaris. **שָׁנָה מְעֻבְרָת** Annus intercalaris, vel embolismicus, ex tredecim mensibus constans duodecimo geminato. *De anno intercalari animadvertendum, Synedrii Præsidem pro arbitrio delegisse nonnullos ad intercalationem faciendam, quibus ajebat: Curate, ut parati sitis in illo loco, ut deliberemus, & consilium ineamus, utrum annus intercalaris constituendus sit, an non. Majemonides de consecratione Calendarum, & de ratione intercalandi asserit, neque Regem, neque Summum Sacerdotem ad hanc deliberationem unquam admissum fuisse; illum quidem, ne propter belli administrationem, vel delectum habendum convocatos cogere ad alterutram partem intercalandi, vel non intercalandi; hunc vero, ne ab intercalatione removeret sui commodi gratia, ne nimirum pro-*

pter intercalationem mensis תשרי Septembris יום הכפורים Diei Expiationis ritus ab eo in dies argentes intercalatio incidere, quibus erant peragendi.

De cognoscendis Christianorum annis ex annis Judaicis.

Ut Christianorum annos ex annis Judaicis cognoscas, ut quo anno aliquid gestum sit, vel quo anno liber aliquis Hebraicus sit editus, intelligas, id observa. Annis Judaeorum adde annos mille ducentos, & quadraginta, statimque quæsitus annus æqualis Christianorum consuetudini numerandi annos, & numero annorum apud ipsos emerget. Exempli gratia liber editus est anno apud Judæos quadragesimo nonagesimo octavo, huic numero adjectis annis mille, ducentis, & quadraginta, juxta Christianorum supputationem erit editus anno millesimo septingentesimo trigésimo octavo.

שנו, שנות Diversitas, contrarietas, משנה Repetitio, lectio, deuteròsis. Appellatur apud Judæos משנה Misnà textus Legis non scriptæ. Jerem. 5. 30. Hof. 6. 10.

De משנה Misnà Talmudis parte.

Est משנה Misnà Textus Talmudicus, qui ita dicitur quasi Legis Divinae repetitio, & fustor, ac latior expositio. Hinc in Arùch in dictione משנה legitur: למה נקראת משנה Quare vocatur Misnà? quia est שנייה secundaria Lex, vel secunda a Legge. Nam Lex illa, quam audivit totus Israel in monte Sinai, est Lex scripta. Moses autem audivit משנה Misnà ex ore Potentiæ (Dei) שנייה vice secunda, & hæc est Lex oralis (que vocatur ab Hebræis vulgo תורה שבעל פה). Manifesta igitur res est, quod sit שנייה Secundaria prioris, vel secunda a priore. Plura de משנה Misnà, & גמרה Ghemarà duabus Talmudis partibus vide in Disputatione nostra huic Lexico præmissa. Plur. משניות. Apud Targumistas opere Talmudico posteriores habetur: Et interdum studet in viginti quatuor libris Legis Divinae, sive Biblicis, in verbis scilicet Prophetiæ, & Hagiographorum, משנה סרי בשתא היא עסיק ובלייליא noctu autem studet in sex partibus Misnà, quia Misnà, sive Textus Talmudicus in sex generales partes vulgo vocatas סדרים Ordines est divisus. Diligenter autem animadvertendum est, שנה Scenà, & משנה Misnà esse Lectionem Textus Talmudici; מקרא & קרא esse Lectionem Textus Sacre Scripturæ; הלכה esse Lectionem Ghemarà alterius partis Talmud; partem Textus Misnàjòth dictam editam esse seorsim in minori forma cum Glossa vocum difficultiorum, & in forma majori cum Commentariis Majemonidis, & R. Obadiæ de Bartenora. Vide alia de משנה Misnà in dictionibus Rabbimicis.

שׁוֹנֶה Discens, videlicet per se sine Magistro, legendo, ac meditando. Is ita dicitur, quia saepe errans cogitur iterare, ac mutare studium. Discens vero a Magistro docente a Verbo **לָמַד** discere appellatur **תַּלְמִיד** discipulus docentis.

שְׁנִייה Secunda. Plur. **שְׁנִייות** secundæ. In *Majemonide הלכות אישות cap. 1. legitur*: Sunt deinde mulieres aliæ, quæ prohibita sunt ex ore Cabbalæ, & quarum prohibitio est ex verbis Scribarum, & illæ vocantur **שְׁנִייות**, eo quod sint **שְׁנִייות לעריות** secundæ a congressu illicito in Legge, & unaquæque illarum vocatur **שְׁנִייה** Quænam illæ sint, postea recensentur.

שְׁנַיִם Geminata, duplicata. In *Libro Grammatico צחות Tzacùth Abèn Ezra dividuntur Verba in שְׁנַיִם geminata, quæ ex duabus tantummodo litteris radicalibus componuntur, quæ ait esse. *Quiescentia secunda radicali, ut רום*; in **שְׁלִישִׁים** triplicata, quæ ex tribus litteris radicalibus constantur; in **רְבִיעִים** quadruplicata, quæ habent quatuor litteras radicales, quorum pauca admodum reperiuntur. Grammatici certant & adhuc sub iudice lis est, utrum Verba *Quiescentia secunda radicali dicenda sint componi ex duabus litteris radicalibus, an tribus.**

שָׂנֵא Odisse, odio habere. Quæ hinc derivantur, vide in dictione **סָנֵא**.

שְׁנֵדָפִין, **שְׁנֵדָפִין** Species ligni præstantis, aut cedri, ex quo lectus Jacob patris Josephi confectus fuit, su-

per quo dicitur Joseph procubuisse ad mortem patris sui defendam. Hinc Targum Jonathanis exponens verba Genes. 50. 1. **וַיִּפֹּל יוֹסֵף עַל פְּנֵי אָבִיו וַיִּבְךְּ עָלָיו וַיִּשְׁקֵלֵוּ** ait **וְאַרְבַּע יוֹסֵף יַת אָבִיו בְּעֵרְס דְּשְׁנֵדָפִין** Et decumbere fecit Joseph patrem suum in lecto cedri præstantissimæ. *Nonnulli volunt positum esse pro שֵׁן דְּפִיל* dente elephantis, ebone.

שָׁנָה Acuere, exacuere, expolire. Ex *Pabel שְׁנִינוּ* acuite. Jerem. 51. 11. **אֲשָׁנִי** acuero. Deut. 32. 1. **אֲשַׁתְּנֶנּוּ** acui, exacui. Ezech. 15. 28. **שְׁנִינָה** Acutus. Deuter. 32. 41. in *Jonathane*.

שְׁנָנָה, **שְׁנָנָה**, **שְׁנָנָה** Acies, mucro, acumen. Judic. 3. 22. 1. Sam. 17. 7.

שֵׁן Dens. Exod. 21. 24. *Per synecdochen* ebur, dens elephantis. 1. Reg. 10. 22. scopolus. 1. Sam. 14. 4. Plur. **שְׁנִין** dentes. Amos 4. 6. *Constr.* **שְׁנֵי** dentes, scopuli. Joel. 1. 6.

שְׁנַצִּי, **שְׁנַצִּי**, **שְׁנַצִּי** Corrigiæ calcei: lora, ligulæ. Deuter. 25. 9. in *Jonathane*.

שָׁנַק Arctare, premere, angustiis afficere, angere, cruciari, torquere: submergere, strangulare, suffocare. Cant. 1. 9. Psal. 74. 13. excutere. Exod. 14. 27. *Idem est, ac חָנַק*, permutatis litteris **ח**, **ש**. *Ithpehal* **אֲשַׁתְּנִיק** submergi. Psal. 68. 23. *Ithpabel* **אֲשַׁתְּנִיק** Idem. Genes. 22. 20. Cant. 1. 9. *Irem* strangulare se, suffocare se: angere, cruciari, torqueri.

שְׁנוּקָא, שְׁנוּקָא Angustia, oppressio, anxietas, afflictio. Prov. 1. 27. strangulatio, שְׁנוּקִין angustia. Psal. 25. 27. strangulationes.

De Strangulatione poena capitali apud Hæbreos.

Strangulatio fuit unum ex quatuor suppliciis capitalibus, quæ olim apud Hæbreos fontibus infligebantur. Fiebat autem hoc pacto. Dammati humi ad genua defixi collum linteo constrictum tamdiu a duobus hinc inde distorquebatur, donec animam efflaret. Licet autem Sigonius de Republica Hæbreorum lib. 6. cap. 8. dicat: Strangulationis, aut suspendii nulla mentio reperitur, nisi Judæ proditoris, qui suspendio crepuit medius; si tamen Rabbino- rum libros, & scripta evolveris, de strangulatione sæpe mentionem fieri invenies, ac præcipue in Tractatu סנהדרין Sanhedrîn cap. 10. Quoties vero Sacra Scriptura non determinat, qua poena quis puniendus sit, volunt Rabbini tunc strangulationem intelligendam esse, utpote quæ omnium poenarum minima censebatur. Quod si quæras, quinam rei strangularentur, in citato Capite Sanhedrîn 10. exhibentur, singillatimque recensentur. Strangulationi itaque obnoxii erant sequentes. Presbyteri Senatus edito obtinentes; vates mendaces; in nomine Idoli vaticinan- tes; qui alterius uxorem subegerant; qui filiam Sacerdotis falso detulerant; qui cum eadem coiverant; qui animam ex Israele furati fuerant; qui patrem, matremve pulsaverant.

שֶׁנֶר Felis, catus. Esth. 1. 2. in Targum secundo. Plur. שְׁנוּרִין feles. Ibidem:

שֶׁסַע Pabel. Discernere, discinde. Thren. 3. 11.

שֶׁבַר Pabel Subjicere, fervire fa- cere, servituti subjicere: servire. Genes. 12. 5. Participium מְשֶׁבֶר subjectus, exactor. Exod. 3. 7. servus. Itipabel אֲשֶׁת־עֶבֶר subijci, subje- ctum esse, subjicere se, fervire. Genes. 27. 40. in Jonathane. Esth. 1. 1. Rabbinis in materia juris est cavere venditori, vel creditori de futuro damno, obligare, & quasi in servi- tutem juris dare. Exempli gratia: Creditor non potest trahere bona debitoris, quæ tempo- re contractus non habebat; si ea, quæ post

contractum acquisivit, vendat, id ei licet, neque creditor ea impedire potest, שלא, נשחעברו לבעל חוב quia non fuerunt obligata creditori.

שֶׁעֶבֶר, שֶׁעֶבֶרָא Subjectio, servitus. Exod. 3. 7. In Tractatu סנהדרין Sanhedrîn fol. 91. אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שיעבור מלכות בלבר (discrimen) inter Mundum hunc, & dies Mes- siae, nisi servitus Regnorum solummodo. In hoc enim Mundo Regibus exteris servitutem præstamus, in diebus vero Messie nulli ser- viemus, nisi Regi Messie.

שֶׁעֶבֶר Testes, testiculi. Ge- nes. 39. 1. in Jonathane. A Verbo

שֶׁעֶבֶר reperitur Participium מְשֶׁעֶבֶר magnos

testiculos habens, quod in animali primogenito vitium est.

וְיָבִישׁוּ Testiculus. Hinc Participium וְיָבִישׁוּ

וְיָבִישׁוּ Et arefacti fuerunt testiculi ejus, & eunuchus factus fuit. Genes. 39. 1. in Jonathane.

שַׁעַה *Ibbpabel* אֲשַׁעֵי Narrare, e-narrare, enumerare, recensere, eloqui. Jud. 6. 13. Isa. 60. 6. Joel. 1. 3. nugari, ludere, oblectare se.

שׁוֹעִי Narratio, enarratio, recitatio: meditatio, colloquium,

loquela: disterium, confabulatio. 1. Reg. 18. 27. Judic. 7. 15.

אֲשַׁתְּעוֹת Narratio, recitatio, prolatio. Levit. 16. 5. 11.

שַׁעַה, שַׁעֲתָא Hora: momentum.

Exod. 33. 5. כְּשַׁעָה Quasi hora, momento, subito. Numer. 16. 21.

שַׁעֲוֵי, שַׁעֲוֵי horæ. 2. Reg. 20. 9.

אֲבָן שַׁעֲוֵי lapis horarum, sc. gnomon horologii. Isa. 38. 8. Plur. *šēm*. שַׁעֲוֵי horæ.

Ibidem. Ex forma constructa reperitur שַׁעֲוֵי ultima radicali ה in ו commutata. Genes. 28. 10. in Targum Hierosolymitano.

De יָמִים Dierum, & שַׁעֲוֵי Horarum divisione apud Hebræos.

Dies olim apud Hebræos vocabantur Luna, ut patet ex Capite primo libri tertii Esdræ. Jo-fias immolavit Phafe quarta decima Luna primi mensis, hoc est, quarta decima die. Dividebantur autem dies in naturales, & artificiales. Dies naturalis viginti quatuor horas completebatur; artificialis autem ab ortu Solis ad ejus occasum duodecim. Dies naturalis in duplici erat classe; Civilis ab ortu Solis usque ad ortum Solis juxta Babylonios; Sacer a Solis occasu usque ad ejus occasum juxta Judæos, Athenienses, & veteres Gallos. Cum his omnibus non consentiunt Romani, & Ægyptii dies suos a media nocte metientes. Dies artificialis autem in quatuor quadrantes distribuebatur a prima exordii hora nomen trahentes. Quilibet quadrans tribus horis constabat, vocabaturque primus hora prima, secundus hora tertia, tertius hora sexta, denique quartus hora nona. Nox quoque artificialis in quatuor partes dividitur vigilias vulgo vocatas, ex tribus horis & ipsas constantes. Prima Threnorum cap. 2. 19. vocatur ראש אֲשַׁמְרוֹת caput vigiliarum; secunda Judicum cap. 7. 19. אֲשַׁמְרַת הַתִּיכּוֹנָה vigilia media; tertia Lucæ 12. 38. φυλακή τρίτη vigilia tertia; quarta denique Exod. 14. 24. אֲשַׁמְרַת הַבֶּקֶר vigilia matutina. Hæ quatuor vigilie aliis etiam nominibus appellantur. Prima dicitur ὀψέ, secunda μεσονύκτιοι, tertia ἀλεκτοροφωνία, & quarta πρωί. De his omnibus loquitur D. Marcus cap. 13. v. 35. ἢ οἶδατε πότε ὁ κύριος ἔρχεται, ὀψέ, ἢ μεσοιυκτίαι, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωί. Nescitis, quando dominus domus veniet, vespere, an in galli cantu, an in mane.

Horarum divisio.

Porro diei in horas divisionem antiquissimam esse pro certo habendum est. Hanc autem primam hujus divisionis originem fuisse recenset Polydorus Virgilius lib. 2. cap. 5. de rerum inventoribus. Ait enim, Hermetem quemdam Trismegistum animadvertisse, animal quoddam Serapi dictum duodecim vicibus diei, & noctis unius spatio certis, & equalibus semper intervallis urinam reddere solitum fuisse, & inde conjecisse, diem Civilem in horas duodecim esse dividendum. Hic autem mos dividendi diem in duodecim horas multo tempore obtinuit, donec in viginti quatuor horas, ut hodie, est separatus. Caterum apud Hebræos horarum divisio triplex est. Aliæ vocantur horæ majores, aliæ horæ minores, aliæ horæ precum. Juxta quatuor diei artificialis quadrantes quatuor sunt horæ majores; minores a mane usque ad vesperam duodecim numerantur. Hinc D. Joannes cap. 11. 9. Οὐχὶ ἐώθενά εἰσιν ὥραι τῆς ἡμέρας? Nonne duodecim sunt horæ diei? D. autem Mattheus cap. 20. horæ tertiæ, sextæ, nonæ, & undecimæ meminit, tamquam extreme diei. Ex hac horarum divisione in majores, & minores duo Evangelistarum textus de crucifixione Domini, qui sibi videntur contrarii, inter se facile conciliantur. D. Marcus ait cap. 15. v. 25. Ἡ δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσώρυσαν αὐτόν. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. D. Joannes vero cap. 19. v. 14. Ἡ δὲ ὥρα ἕκτη πάλιν, ὥρα δὲ ὥσει ἕκτη. Erat Parasceve Paschæ, hora vero quasi sexta. Marcus itaque de hora tertia majore; Joannes autem de hora sexta minore est intelligendus, ideoque inter se optime conveniunt. Quod vero attinet ad horas Precum, quæ vulgo appellantur etiam horæ Templi, tres fuere secundum consuetudinem, quam in orando Judæi observant, scilicet hora tertia, sexta, & nona. Tempus hoc orandi definitum, & statutum fuisse volunt Hebræi ab antiquis Patriarchis. Quare horæ primæ Precum institutionem Abrahamo, alterius Isaaco, tertiæ Jacobo unanimi consensu tribuunt. Hunc vero misericordiæ Divinæ stans horis implorandi morem semper apud ipsos in usu fuisse multi Sacra Scripturae textus luculenter probant. David enim ait Psal. 55. v. 18. עֲרֹב וּבִקֶּר וְצַהֲרִים אֲשִׁיחָה וְאַחֲמָה וְיִשְׁמַע קוֹלִי Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. Hoc idem determinatum Precationum tempus in variis Actuum Apostolorum Capitibus repetitur. Sic Act. 2. 15. de Apostolis Spiritu Sancto afflatis ad Judæos loquens Petrus ait: εἰς ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας. Est hora tertia diei. Sic Act. 10. 9. Ἀνέβη Πέτρος ὅτε τὸ δῶμα προσδέξασθαι ᾤχετο ὥραν ἕκτην. Ascendit Petrus in solarium, ut oraret, circa horam sextam. Actorum vero 3. 1. dicitur de Petro, & Joanne: Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν ὅτε ἦ ὥραν τῆς προσδέξεως ἢ ἐνάτης. Simul ascendebant in Templum sub horam Orationis nonam.

De παρασκευῆ τῆ Πάσχα, Parasceve Paschæ.

Cum supra de Parasceve Paschæ mentio injecta sit, placet nonnulla de eadem dicere, præsertim cum ea maxime profutura arbitrer ad intelligendum Textum illum D. Joannis cap. 19. v. 14. ubi Christus dicitur Cruci affixus παρασκευῆ τῆ Πάσχα Parasceve Paschæ, ex quo Græci inferunt, ipsum, antequam Judæi Pascha manducarent, Cruci affixum fuisse, & ideo Pascha suum die uno ante Pascha Judæorum celebrasse. Itaque argumentum a Græcis ex Textu illo desumptum, quod nonnullis Gordiano nodo implicatius videtur, flocci, tenuitque apud eos habetur, qui vel mediocriter in Hebræorum ritibus, & ceremoniis versati sunt. Id autem, ut omnibus pateat, intelligendum, quid sit Parasceve, cur dicatur Parasceve Paschæ, & quænam vis illi vocabulo sit subjecta. Legitur itaque hujusmodi Græcum vocabulum παρασκευῆ Parasceve cap. 19. Joannis v. 14. proprieque ciborum præparationem significat. Cum enim die Sabbati quilibet Legis præcepto agere vetitum Judæis esset, ac proinde etiam ignem accendere, cibosque mense apponendos parare, illud in more positum erat, ut pridie Sabbati ad vesperam omnia victui Sabbati sequentis necessaria in clibano mediocriter calefacto reponerent, mensamque bellariis, ac rebus reliquis penitus instruerent. Hæc porro cœna a Tertulliano lib. 5. adversus Marcion. cœnæ puræ nuncupantur, ea fortasse de causa, quia post cœnam tanta ciborum portio pura, & sine ulla lesione servaretur, quanta triplici refectiōni Sabbati die faciendæ sufficeret. Aliis etiam diebus festis præter Sabbatum gaudebant Judæi, vocatis חגים festivis, vel ימים טובים diebus bonis; a Tertulliano autem loco citato dictis diebus magnis, quibus ab operibus exercendis vetante Loge abstinebant, non tanta tamen religione, quanta die Sabbati. Sex hujusmodi dies festos recenset Rambam in Halacoth יום טוב cap. 7. num. 1. subjiciens etiam opera, quæ in illis non vetantur, his verbis. Isti sunt sex dies, in quibus prohibet Scriptura, ne opera servilia fiant, videlicet primus, & septimus dies Paschæ; primus, & octavus festivitatis Tabernaculorum, festum Pentecostes, & primus dies mensis septimi, & vocantur ימים טובים Jamim Tovim, h. e. dies boni festivi. Horum cessatio ab operibus est æqualis, quia in ipsis prohibita sunt omnia opera servilia, exceptis iis, quæ ad vescendum pertinent, juxta Scripturam Exod. 12. 6. Rabbini autem nonnulla opera etiam ad corpus spectantia cibi nomine intelligi volunt, nimirum ablutionem, & unctionem faciei, manuum, & pedum; nonnulla pariter ad pietatem, & religionem pertinentia, veluti mortuorum sepulturam, & funeris apparatus. Ex adhuc dictis igitur plane colligitur, Pascha, & reliquos supra relatos dies festos nullam habuisse Parasceven, cum in illis quoslibet cibos parare, & coquere Judæis liceret. At animadvertendum est ex Rambam Halacoth יום טוב Jom Tou cap. 6. n. 1. non

non licuisse cibos preparare pro Sabbato venturo, si aliquis ex supra allatis diebus festis incidisset in vigiliam Sabbati, vel, juxta nostrum vulgarem dicendi modum, in feriam sextam. Hæc sunt Rambam verba: Jom Tou, qui incidit feria sexta, non coquunt panem, nec elixant carnes in eo die festo, ut de ipsis edant in sequenti Sabbato. Itaque si id contingat, Sabbatum illud non habebit Parasceven. Quid igitur tunc faciendum? Ut absurdo huic opportunum remedium adhiberent, Rabbini modum excogitarunt, quo, die Paschæ in feriam sextam incidente, necessaria mense Sabbati sequentis parare possint. Utuntur itaque עירוב חבשלין Iruv' Tevascelin, h. e. mixtione ciborum, ut vocat Rambam loco citato, eique privilegium Parasceves attribuunt, atque eo die in Sabbatum sequens cibos parari permittunt. Id vero si fiat ob festum diem Paschæ, vocatur Parasceve Paschæ, quia Parasceve per עירוב חבשלין mixtionem ciborum cum festo Paschæ conjungitur; quod idem dicendum de Parasceve Pentecostes, vel Tabernaculorum, si solemnitas Tabernaculorum, vel Pentecostes in feriam sextam incidat. Cum igitur Pascha eo anno, quo Cruci Christus affixus est, in feriam sextam incidit; & propter עירוב חבשלין mixtionem ciborum in eo festo Paschæ cibos parare pro sequenti Sabbato licuerit, Parasceve illud ab Evangelista παρασκευα τῆ Πάσχα Parasceve Paschæ nuncupatur, quia in diem Paschæ incidit. Ex hoc vero colligitur, eos magnopere decipi, qui Parasceve Paschæ nomine significari volunt feriam sextam, qua licuerit parare cibos in diem Paschæ sequentem eo anno, quo Pascha in Sabbatum incidebat. Etenim cum Paschæ festum Parasceve destituatur, frustra propter Sabbatum ei adjungitur, cum Sabbatum quolibet nulla festi Paschæ ratione habita Parasceven obtineat. Quamobrem locum Joannis, ὡς ἔδ παρασκευα τῆ Πάσχα, erat enim Parasceve Paschæ, quando Christus Cruci affixus est, distinctione adhibita explanabis. Erat Parasceve, scilicet feria sexta, in quam eo anno Pascha incidit, concedo, erat Parasceve, scilicet feria sexta, qua in Pascha sequens cibos parabant, quod eo anno in Sabbatum subsequens incidisse volunt, nego. Porro Evangelista appellavit illud Parasceve Paschæ, quia eo anno Parasceve cum Pascha conjunctum fuit. Ideo autem idem Evangelista hujusmodi Parasceven vocavit παρασκευα τῆ Ἰσδαίου, Parasceven Judæorum cap. 19. 42. ut significaret, Parasceves Paschæ nomen non ex aliquo Mosaice Legis mandato, sed ex Judæorum consuetudine, & usu fuisse deducendum.

Itaque eodem die, quo Judei celebrare solebant, Christum suam cœnam celebrasse, videlicet decimo quarto ניסן Nisân, h. e. Martii, multis etiam rationibus adducor ut credam. Quis enim sibi persuadeat, eum religiosissimum Legis Mosaice custodem statutum ab ipsa tempus neglexisse, ejusque celebrationem vel prævertisse, vel postposuisse? Quomodo autem infensissimi ejus adversarii, Pontifices, Sacerdotes, Scribe, & Pharisei, si Legem in re tanti momenti violasset, coram Pilato eum non accusassent, & hanc etiam ob causam morti tradendum,

& crucifigendum non petissent? Quid quod eo die Christus Cruci affixus est, quo solemniter Pascha secundum Legem celebratum fuit? Christus enim eodem die interfectus, quo Barab-
 bas latro liberatus. Cui autem aperte non liquet legenti cap. Matth. 27. & Luca 23. ipso die festo Pasche eum liberatum? Ex quo necessario consequitur, Christum die festo Pasche fuisse occisum. Cum igitur decima quinta Luna mensis Martii festum Pasche celebraretur, & Christus Luna decima quarta ineunte die decimo quinto manducato agno illud celebraverit, quia pridie, quam pateretur, ut ex Apostolo I. ad Corinth. II. 23. in qua nocte tradebatur, cœnavit, plane infertur, illum Pasche celebrationem non præverisse, sed statuto, & legitimo die cum Judeis celebrasse. Cum autem in Cœna Paschali quatuor vini cyathi a singulis Hebræis sint exhauriendi, ut innuimus de ritibus in eadem servandis agentes, ideo de cæteris duobus poculis Evangelista mentionem non facit, quia neutrum ex illis est pars Cœne Paschalis. Primo enim Hebræi ad Cœne preparationem utuntur, ac per ipsum profanum tempus a sacro dividunt, ejusque potatione Festum inchoatum significant. Neque quartum poculum ad Cœnam, sed ad הלל Hallel, b. e. Hymnum proprie spectat, Cœna jam absoluta, & completa per poculi secundi in ipsa factam potationem. Itaque ex duobus poculis ab Evangelista indicatis aperte colligitur, Christum duas Cœnas, vel potius unicam tantummodo in duas partes divisam celebrasse, scilicet Cœnam legalem, & Cœnam communem. In Cœna enim legali agnum Paschalem comedit, ritibus Mosaicis servatis ad Pascha Ægyptiacum spectantibus, relictis iis, qui ad Pascha generationum subsequentiū, ut Hebræi loquuntur, pertinebant. In Cœna autem communi Corporis sui Sacramentum instituit, & in fine mensis substantiam vini in Sanguinis sui substantiam convertit. Licet autem in ritibus Paschalibus Hebræorum nihil habeatur ad pedum ablutionem a Christo factam pertinens, ceremoniam tamen illam in Eucharistie Sacramento instituendo eo consilio a Christo adhibitam fuisse censendum est, ut mystice designaret, nemini ad illud Sacrum convivium illos pedes habenti, hoc est, sceleribus, & flagitiis inquinato aditum esse patefaciendum.

Cæterum Christus in ultima Cœna juxta antiquum convivendi morem dicitur ab Evangelistis accubuisse, qui accubitus ex Rabbimorum sententia, ut diximus in dictione חסבה pag. 110. semper fuit in latus sinistrum. Verum qui in lecto in latus dextrum inclinati accubebant, dicebantur in sinu recumbere, ut de D. Joanne dilecto Christi discipulo Joannis cap. 13. v. 22. legitur: *Ἦν ὁ ἀνακείμενος ἔς τὸν μαθητὴν αὐτῶν ἐν τῷ κόλπῳ τῷ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπων ὁ Ἰησοῦς.* Erat autem recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus.

De שעה hora præterea hæc habentur: *היי לְפִי שְׁעָה* secundum horam, quandoque, *שְׁעָה* Vita horæ, b. e. vita temporalis: interdum: ea hora: ex tempore. In Tra-

מניחין עולם Sabbat fol. 33. **שבת** *Sabbat* fol. 33. **הבא ועוסקין בחיי שעה** *b. e. Homines relinquant, vel negligunt vitam æternam, & occupantur circa vitam horæ, b. e. circa vitam hanc temporalem.* **פרקי אבות** *In cap. 4. יפה שעה אחת של קורת רוח מכל היום הזה* *b. e. Melior est una hora refrigerii in Mundo futuro, quam tota vita Mundi hujus.* **מגלה** *Megilla autem fol. 7. extat sententia Proverbialis de raro, & instabili successu felicitatis: לא כל שעתא מתרחיש ניסא* *Non quavis hora accidit miraculum.*

השפא *Nunc, jam: quasi פהשעתא hac hora. Esth. 1. 3. in Targum secundo. Videtur compositum ex שעתא quasi hac hora. Significat etiam quandoquidem, quia.*

שעוה *Cera. Genes. 33. 25. in Jonathane.*

שעיתא *Cera. Secundum nonnullos rectius legendum שעיתא Mich. 1. 4.*

שעטנו *שעטנו, שעטנו, שעטנו* *Varie commissum, vestis ex diversis rerum speciebus confecta, veluti ex lana, & lino, vel ex aliis rebus prohibitis, quibus homines vestiri Deus vetuit. Levit. 19. 19. Deut. 22. 11. Hec vox non censetur Hebræa, sed peregrina, veteresque Hebræi ad eam explicandam vocum allusiones adhibuerunt. Hinc in Tractatu נדה Nidda fol. 61. מאי טעמא מדאוריחא שעטנו כתיב* *Quare in Lege scriptum est שעטנו? Quia est quasi שיע טווי ונוו pectine lævigatum, netum, aut contortum, sive duplicatum. Si*

enim tria hæc diversa conjungas, & ex iis vestem conficias, ea est heterogenea, & a Deo vetita. שיעוה autem idem est, ac שיעיע lævigne, læve, molle, & במסרוק lævigatum pectine, טווי netum, filatum, נוו contortum, duplicatum, vel textum. Porro lino, & lana pectine lævigantur, & nentur. Si ex lino, & lana pectinatis, & netis tela fiat, & ex ea vestis conficiatur, vestis dicetur heterogenea, facta ex שעטנו. R. David in libro Radicum, reliquique omnes Interpretes in explicanda voce שעטנו simul consentiunt.

שעול *Pugillus. I. sa. 40. 12. Plur. constr. שעולי* *1. Reg. 20. 10. & שעלי pugilli. Ezech. 13. 19. In Tractatu נדרים Nedarim fol. 81. habetur locutio Proverbialis שועל שמת בעפר פרו* *Non invenimus vulpem, quæ moriatur in pulvere fossæ suæ. Nimirum sicuti terra foveæ, in qua vulpes enutrita est, ei non officit; ita homines nullum detrimentum ex iis rebus sentiunt, quibus a pueritia assueverunt, iisque quasi naturales evaserunt.*

שעמם *Pabel. Defolare, defolari: quassare, turbare, perturbare, conturbare. Exod. 14. 24. amentem reddere. Scribitur etiam cum נ in medio. Ithpabel אשתעמם turbari, conturbari, stupere, obstupescere, stupidum reddi. Esth. 7. 6. Jerem. 4. 9.*

שיעממות *Defolatio: stupor. Deut. 28. 28. conturbatio, perturbatio. Zach. 12. 4.*

שֵׁעִמוֹם Idem. Deuter. 28. 37. in *Jonathane*.

מִשְׁעָמֹמֹת Idem. Deut. 28. 28. in *Onkelo*.

שֵׁעַ Plaudere, manus complodere. Isa. 55. 12.

מִשְׁעִנֵּה Fulcrum.

שֵׁעַ Læve, molle, glabrum, blandum esse: blandiri. Psal. 36. 3.

linere, oblinere, calce, vel cæmento obducere. Ezech. 13. 10. Pabel שֵׁעַ mollire, emollire, blandiri, adulari. Psal. 5. 10.

שֵׁעִי Lævis, mollis, glaber, lenis, blandus. Genes. 27. 11. Prov. 5. 3. Plur. שְׁעִיעִין molles. Fem. שְׁעִיעָא blanda. Plur. שְׁעִיעִין blandæ. Psal. 12. 3.

שְׁעִיעוֹת Lævitas, mollities, glabrities, blanditiæ. Genes. 27. 16. foramen, caverna: בְּשְׁעִיעוֹת כִּיף גְּלִי in foramine petreæ. In *Bibliis Regiis* in limpidissima petra. Jerem. 14. 3.

שְׁעִיעָא Idem. Genes. 33. 4. in *Jonathane*.

שְׁעִיָּה Balsamum, opobalsamum. Respondet Hebræo

נִבְחַת Jerem. 46. 11. Ezech. 27. 17.

שֵׁעַ, שְׁעָא Mensura, æstimatio, taxatio: fœnus. Plur. שְׁעָרִין

æstimationes. Levit. 35. 26. Cum aff-

הִי בְּרִשְׁעוֹתָיו in mensuris suis. Genes. 26. 12.

שֵׁעוֹר Idem. Gen. 21. 16. Exod. 30. 13. Numer. 25. 8. Plur. שְׁעוֹרִין, שְׁעוֹרֵי men-

suræ. Loco citato Numerorum 25. v. 8. legitur in

Targum de hasta Phinees, qui maximo Deo zelo compulsus Israelitam cum Madianitide turpiter rem habentem simul confoderat: נֹס

חֲשִׁיעָא דְּאֶתְנַגִּיד פְּרֹזְלָא כְּשִׁיעוֹר הַרְוִיהוֹן Signum miraculosum nonum fuit, quod protractum fuit ferrum (hasta in ipso ictu)

ad mensuram amborum. Recensentur ibidem miracula duodecim, quæ volunt Rabbini contigisse, dum Phinees zelo commotus est propter

seortationem Israelite cum muliere Madianitide. Inter ea numerant istud nonum, quod nimirum, postquam tantum scelus Phinees cognovisset, hasta arrepta, in lupanar, sive tabernaculum irruerit, eosque coeuntes simul confoderit. Ajunt itaque, hastæ ferrum in illo ictu ad

utriusque corporis quantitatem productum fuisse, adeoque corpus utrumque penetrasse, ut nulla ratione inde amplius evelli potuerit.

שְׁעָרָא, שְׁעָרָא Pilus, capillus. Genes. 25. 25. Levit. 13. 10. Or 36.

Plur. שְׁעָרִין capilli. Reperitur scriptum etiam

שְׁעָרָא cum ס.

שְׁעָרִין Pilosus, hirsutus. Genes. 27. 11.

Plur. שְׁעָרִין pilosæ manus. Genes. 27. 23.

שְׁעָרָא, שְׁעָרָא, שְׁעָרָא. Vide in סְעָרָא.

סְפֹרָא, סְפֹרָא, סְפֹרָא. Veru. Ferrum cum cuspide ad car-

nes assandas, ac torrendus. Plur. emphat. סְפֹרָא verua. Numer. 31. 23. in *Jonathane*.

Nonnulla de veru ex Tractatu פְּסָחִים Pe-

sachim cap. 7. animadvertenda sunt. Queritur itaque, qua ratione agnus Paschalis assandus esset, modusque statim subjicitur: מְבִיאִין

שְׁפֹרָא שֶׁל רִימֹן תּוֹחֵבו מְחוֹךְ פִּי h. e. Af-

ferunt veru de ligno malogranati, figuntque illud per os agni ad nates usque, ponuntque crura ejus, & pedes intra eum. Ratio subjicitur, cur veru ferreo non uterentur, quia nimirum ferrum non potest calefcere ex una parte, nisi totum simul calefiat, hacque ratione calefcens agni interiora coquat. Ex Legge autem habetur אש צלי אש affatum igne. Itaque si interiora ferro coquantur, ajunt, agnum non posse dici igne affatum. Utebantur itaque veru ligneo, & precipue ex malogranato, quod neque ab igne calefcebat, neque propter humoris innati abundantiam facile comburebatur.

שפה Tritum, attritum, contritum esse: terere, atterere, conterere: contundere. Deuter. 9. 21. tranquillum, quietum esse. Genes. 31. 2. 5. Pabel שפי idem. Psal. 51. 10.

שפי Contritus, attritus, conculcatus.

שפי Idem. Psal. 109. 22. Plur. fœm. שפין tranquillæ. Genes. 31. 2. & 5. in Jonathane.

שפא Tignum. Habac. 2. 11.

שפון Lagana, placenta. Exod. 16. 31. in Targum Hierosolymitano. Guido legit שפנין, & saccharum exponit.

שפיוחא Emplastrum. Gen. 3. 16. in Targum tamen Hierosolymitano legitur שפיוחא.

שפינא Vide in ספן.

שפא Vide in שפחא.

שפק Fundere, effundere. Psal. 104. 7. Isa. 59. 7. Ithpabel אשתפק effundi. Psal. 79. 10.

שפכות Effusio. Genes. 28. 20. Levit. 1. 16.

שפוכאי Effusores. Erant operarii Israelita, qui vinum ex uno dolio in aliud infundebant. Hinc in עו fol. 72. Dixit Rabbà effusoribus: quando funditis vinum, cavete, ne accedat Christianus, & vos juvet.

משפך Effusio: decursus, locus declivis. Deut. 3. 17. Jos. 10. 40.

משפך Infundibulum. Item clepsydra, horologium, quod olim aqua implebatur, postea pulvere, & arena minutissima, ex qua etiam nostra horologia composita sunt. In פרקי אבות cap. 5. quatuor rebus Discipuli similes esse dicuntur, videlicet ספוג spongix, ומספך & clepsydræ, משמרת, sacco colatorio, ונפה & cribro. Quemadmodum enim spongia promiscue omnia attrahit; ita discipulus bona, & mala addiscit; quemadmodum clepsydra ex una parte attrahit, quod ex altera emittit; ita discipulus solet avidius apprehensa mox ex memoria dimittere; quemadmodum saccus colatorius vinum effundit faeces retinens; ita discipulus qualibet simul capiens, mala retinet, bona plerumque dimittens; denique quemadmodum cribrum pollinarium similam retinet, farinamque meliorem, dimittens tenuiorem, cujus nullus est usus; ita discipulus bonus, ac sedulus mala dimittens meliora retinet.

שפל Hebraice. Humiliari, deprimi, humilem, depressum, demissum esse. Levit. 13. 21. Isa. 2. 17. אשפיל humiliare, demittere, dejicere, deprimere. Levit. 10. 25. Dan. 5. 22. Ithpabel אשתפל humiliari: humiliare, demittere, dejicere, incurvare se.

שפיל Humilis, demissus, depressus, abjectus: **עולם השפיל** Mundus inferior, in quo vivimus. **עולם העליון** Mundus superior, beatorum habitatio. *A* pud Talmudicos Proverbium: **שפיל ואויל** *b. e.* Humilis est, & circumcirca deambulat anas, oculisque suis hinc inde speculatur, scilicet ad querendum cibum. *Admonentur homines, conatum omnem, & vires a quolibet etiam tenui, & abjecto adhibendas esse, neminique erubescendum, ut vitæ necessaria sibi undecunque parat.*

שפול Planities, locus humilis, locus declivis, declivitas, *locus, vel pars inferior rei cujuslibet.* Cant. 1. 4. ora, fimbria vestis. *Plur.* שפולין. *Constr.* שפולי fimbriæ. Exod. 28. 34. **שפולי** מרבהא latera, parietes altaris. Levit. 1. 11. *in Jonathane.* De vestibus usurpatum, oræ, fimbriæ. *Fæminarum sterilitas unde cognoscenda ex יבמות* Jevammòth fol. 80. **כל שאין לה שפולי** *conicumque (femine, vel puellæ) non sunt declivitates ventris instar mulierum, b. e. quæ non habet declivitatem pubis, ut solent mulieres habere, ea judicatur esse sterilis.*

שפילתא, שפילתא, שפילה Idem. Jos. 15. 33. Deuter. 1. 7.

שפלוחא, שפלות Ruina. Jerem. 49. 24. **הנאות** humilitas: *virtus, cui opponitur* **הנאות** superbia, elatio.

השפלה Humiliatio, humilitas. *R. Levi* Proverb. 29. 23. *ad illud* **נאות אדם** **חשפילנו** Elatio hominis deprimit, vel

humiliat ipsum, *b. e.* **נאות תניאהו** Elatio hominis adducit eum ad humilitatem. *Cum enim cæteri hujusmodi superbis, & arrogantibus hominibus inuideant, atque adeo eos impense odio habeant, fit, ut conentur qualibet ratione e summo gradu dejicere, & infra reliquos deturbare.*

משפלה, משפלה Arca, cista magna, ad res viles, & abjectas continendas, ut arca paleæ, stercoreis, fæni &c. *Item* corbis, crates, canistrum. *In Scir Rabbà cap. 7. v. 2. dicitur:* Quemadmodum paterfamilias non curat **על משפלות של זבל ולא על משפלות של חבן** neque cistas, vel canistra fimi, neque canistra fæni, **למה שאין נחשבים לכלום** quia nihil quicquam æstimantur: sic Deus non curat populos Mundi &c. *b. e. habita ratione ejusdem Majestatis, magnitudinis, potentie, eximiarumque virtutum coram Deo Mundi gentes, ac populi nihili sunt, ideoque enixe curare debent, ut ejus mandatis impense inserviant.*

שפם, שפמה Labium, ora, extremitas, limbus. Exod. 28. 32. Numer. 30. 13. *in Jonathane.*

שפם Myflax, barba, *sive* pili labri superioris: labrum superius. Levit. 13. 5.

שפנינא, שפנינא, שפנין Turtur. Genes. 15. 9. *Plur.*

שפנינין turtures. Levit. 5. 7. *Emphat.*

שפנינא turtures. Levit. 1. 15.

שופינא Lima. Deut. 9. 21. 1. Sam. 13. 21.

שפע Redundare, abundare, diffuere, affluere, luxuriare: inundare.

dare. Exod. 26. 12. in *Jonathane*. Prov. 5. 26. effundere apud *Rabbinos*.

כַּשְׁפֵּעַ Redundans, luxurians. Exod. 26. 13. in *Jonathane*.

שְׁפַע, שְׁפָע Inundatio, exundatio, affluentia, redundantia. Isa. 48. 18. & 59. 19. *Rabbinis* influxus, influentia Cœlestis.

שְׁפֹעַ, שְׁפֹעָא Redundantia, abundantia, superfluitas. Exod. 26. 12. in *Jonathane*. Item abundans, redundans. *Plur. emphat.* שְׁפֹעִיא abundantia. Exod. 26. 28. in *Targum Hierosolymitano*.

הַשְׁפָּעָה Influxus, influentia, effusio. הַהֲשָׁפָעָה אֱלֹהִית Influentia Divina, ac Cœlestis.

שְׁפָעָה Idem. שְׁפֵיעַת־מַיִם Affluentia aquarum. Item agmen, numerus affluens militum.

שָׁפַף Atterere, conterere, contundere, comminuerere. Exod. 32. 29. Cant. 1. 14. Job 14. 19. *Pabel* שָׁפַף. Idem. Job 22. 9. *Ithpabel* אִשְׁתַּפֵּף conteri. Job 5. 4. & 30. 8.

Rabbinis idem. Item fricare, affricare, radere: שָׁשַׁף בְּקֶרֶקַע Qui raserit terram: הַסִּכִּין שָׁשַׁף Cultrum polivit, acuit eum.

שְׁשַׁפָּח, שְׁשַׁפָּח Arundo aucupatoria, calamus glutini ad capiendas aves. In *A-ruch* exponitur vernaculo sermone בִּישְׁטָא *b. e.* Viscata.

שְׁשַׁפֵּף Frictio, confictio, comminutio.

שְׁפֹף Humile, depressum.

שְׁשַׁפְּרָה Calamus: fistula concava, per

quam flatus emittitur, aut qua aliquid videmus, & oculo ejus longitudinem, & absentiam a nobis dimetitur: catheter.

שֵׁפֶא Segmentum, frustum sectum e ligno. Hab. 2. 11. Nonnullis est festuca. Item frictio, confictio, cum aliquid manibus fricatur.

II. שָׁף Recedere. הַשָּׁף רָעָתוּהָ Cujus mens recessit, *b. e.* qui amens evasit. בּוֹקָא הַשָּׁף מְרוֹכְתוּהָ Os femoris, quod recessit e loco suo.

שֵׁפֶא Pyxis, arca, capsa: Item acetabulum, cavitas, cui os femoris tanquam pyxidi inferitur, & in ea vertitur. Itaque propterea ab *Anatomicis*, & *Medicis* pyxis appellatur.

שָׁפַר Pulchrum, elegans, decorum, bonum esse: hilarem, latum esse: pulchrum haberi, placere, jucundum, gratum esse. Genes. 40. 18. Levit. 10. 20. Psal. 69. 32. *Apbel* אֶשְׁפַּר Pulchrum facere. Genes. 40. 18. in *Jonathane*. *Ithpab.* Participium אֶתְּ מֵאֵת מִשְׁתַּפְּרָא quid tu placere studes? Jerem. 2. 33. *Rabbinis* *Pibel* שָׁפַר Concinnare, aptare.

שָׁפַר Pulcritudo: pulcrum: pulcherimum, optimum. Exod. 22. 4. Mich. 1. 11. Isa. 3. 25.

שְׁפִירַי Elegans, decorum, speciosum, bonum, pulchrum, optimum. 1. Sam. 9. 2. Dan. 4. 9. *Plur.* שְׁפִירִיא, שְׁפִירִיא boni, elegantes, pulchri. Cant. 4. 10. & 6. 9. *Fœm.* שְׁפִירָא, שְׁפִירָא pulchra, elegans, speciosa. Genes. 12. 14. Psal. 16. 6. bonum, beneficium. *Est etiam nomen mulieris* Sapphira. *Plur.* שְׁפִירָן, pul-

שִׁפְרָתָא pulchræ. Cant. 7. 2. Job 42. 15.
bona.

שׁוֹפְרָא Pulchritudo, decor, ornamen-
tum. Prov. 31. 30. Esth. 2. 10.

שִׁפְרִית Pulchritudo, bonitas, præstan-
tia. Deuter. 28. 47.

שִׁפְרִיָּא, שִׁפְרִיָּא Aurora: lucifer,
stella matutina. Esth. 10. 3. Job 3. 4. Isa.
62. 1.

שׁוֹפָר, שׁוֹפָרָא, שׁוֹפָרָא Tuba, bucci-

na: cornu. Exod. 19. 13. Levit. 25. 9. *Cum
autem ut plurimum buccina ex cornu arietis
conficeretur, ideo solet ab Interpretibus exponi
per cornu. Eam bene posse inflare artis erat,
felicitatis vero indicium, si bonum, atque bi-
lavem sonum redderet. Hinc Rabbini scriptum
reliquerunt, buccinæ sono Deum ipsum sepe
commotum fuisse, ut iucundiam deponeret, se-
que clementem, atque misericordem ostende-
ret.*

De Buccina & Tuba.

Erat buccina שׁוֹפָר dicta cornu arietis incurvum; tubæ vero חֲצִצְרוֹת appellatae ex metal-
lo constabant, & rectæ erant. Porro in rebus multis buccinarum, & tubarum sonitum veteres
adhibuerunt. Ad Tabernaculum Moysi tempore tubis convocabatur populus, in acie excitaban-
tur milites, in castris indicebantur vigiliæ noctis. Hinc etiam Livius lib. 26. tertiam bucci-
nam pro tertia vigilia usurpavit. Vigiliæ autem noctis buccinarum clangore fuisse indicatas
innuit etiam Silius Italicus ita canens lib. 7.

.... Mediam somni cum buccina noctem

Divideret, jamque excubias fortitus iniquas

Tertius abrupta vigilaret ad arma quiete.

Præterea in solemnitatibus, & triumphis lætitiæ, in calamitatibus, & infortuniis luctus, in
Sacrificiis reverentiæ, & religionis erant indicium. Quare autem Festum Novi anni alio nomi-
ne Festum Tubarum appellatum clangore buccinæ celebretur, multi querunt. Hac de re va-
riæ, & diversæ Auctorum sententiæ sunt. Alii enim ad alia significanda hunc sonitum adhi-
beri autumant. Sunt qui volunt, eo indicari postremum, ac terribile Dei iudicium: alii sum-
mum ejus in homines imperium; alii Legem Moysi in monte Sinai traditam; alii futuram
resurrectionem; alii bella ab Israelitis contra Gentes gesta; alii denique Isaaci liberationem,
& substitutionem arietis. Ego potius crediderim, clangorem tubæ eo die fuisse præceptum, ut
Festum denuntiaretur, populusque ad illud rite, & alacriter celebrandum excitaretur. De
שׁוֹפָר buccina, sive tuba multa apud Rabbinos leguntur. Sic autem describitur in ראש
השנה fol. 26. שׁוֹפָר של ראש השנה של יעל פשוט ופיו מצופה זהב. h. e. Tuba
Festi Novi anni ex rupicapra fuit recta, orificio auro obducto. Sic השופרות כל
והלא כל השופרות h. e. Nonne omnes tubæ vocantur cornu? Prohibebantur autem omnes buccinæ
con-

confectæ ex cornu vaccino, aut taurino. Hinc כולל השופרות כשרים חוץ כשל פרה Omnes tubæ corneæ legitimæ sunt, exceptis iis, quæ ex cornu vaccino factæ sunt. Ex eo autem prohibitio nata ex Rabbiniis est, ut detestarentur vitulum aureum, cujus causa ipsorum Majores graviter multati fuerant. Etenim juxta eosdem Rabbinos אין קטיגור נעשה סניגור Accusator non fit procurator, sive defensor. Cum igitur vitulus accusator fuerit, non debuit ex eo tuba, seu buccina confici, quæ quodammodo Israelitarum procurator est eorundem causam agens in rebus ad sanctitatem, religionem, ac pietatem pertinentibus. Placet hoc in loco R. Jebudâ filii R. Nachmanis expositionem Psal. 47. 6. afferre: עלה אלהים בתרועה עקול שופר Ascendit Deus cum clangore, Dominus cum clangore tubæ. Ait itaque: Qua hora Deus (ut Judex) residet, ascendit in folium juris. Qua hora autem Israelitæ accipiunt tubas suas, & clangunt coram Deo, surgit ex folio juris, & confidet in folio misericordiæ, sicut scriptum est, Cum clangore tubæ. Psal. 47. & impletur super eos misericordia, & convertit super eos affectum juris in affectum misericordiæ. Quando id fit? in mense septimo השרי, videlicet, Septembri. Mox: Dixit Deus sanctus Benedictus מעשיכם הריני נעשה כשופר b. e. Si pulchra, videlicet bona effeceritis opera vestra, ego ero vobis veluti tuba. Qualis est tuba? intromittit ab una parte, & emittit ex altera parte. Sic ego surgo a sede juris, & colloco me in sedem misericordiæ. Hactenus R. Jebudâ. Fuit hic Jebudâ inter Hebræos magnus הררשן b. e. Concionator, quemadmodum inter ipsos multi extiterunt, & hodie sunt, qui Legis præcepta erudite, & optime explicant, populoque, ac plebi Judæorum imperitæ viam commonstrant, qua possint juxta ipsorum opinionem, & sententiam Deo inservire, æternamque beatitatem consequi, quam utinam Judaicam Religionem abjicientes, supersticiososque ritus contemnentes, & ad Christianam Fidem transeuntes assequantur: Porro buccinis Hebræi plerumque utebantur extra Templum, easque tunc alii a Sacerdotibus inflare poterant. Judic. 7. 16. In Templo autem earum inflandarum cura ad Sacerdotes tantummodo pertinuit, ut in Festo clangoris, aliisque temporibus. Hinc Numer. 10. 2. Deus Mosi mandat, ut duas tubas argenteas faciendas curet, quibus certis, ac definitis temporibus utantur Sacerdotes v. 8. & 9. Ubi autem dicitur totus populus tubis clangisse, intelliguntur Sacerdotes per totam multitudinem dispersi. Solebant autem tubis clangere, dum aperirentur portæ Templi, dum offerretur libamen vini in oblatione Sacrificii jugis, & Sacrificiorum publico, vel privato nomine in Festis oblatorum, idque faciebant stantes ad mensam adipum; dum mactarentur agni in Festo Paschæ, in initio, & fine Festorum, omnibus denique temporibus admodum letis, vel tristibus.

שפיר Abortus, mola. Munstero embryo, aut vermiculis, ea non habetur pro infante, sed si figuram habuerit, habetur tamquam masculus, & fœmella. Sic R. Bartemora scriptum reliquit: שפיר est frustum carnis, quod si figuratum sit, vocatur שפיר שפיר מרוקם. Ajunt autem Rabbini vocari שפיר, quia est כשפופרת של ביצה veluti testa ovi.

De Arcis Eleemosynæ, quæ olim erant in Templo Hierosolymitano.

שופר Arca, recipiendis, & custodiendis Synagoge pecuniis inserviens. Plur. שופרות arcæ. Tredecim hujusmodi arcæ pecuniariæ in Templo Hierosolymitano extiterunt, quarum unaqueque usibus diversis accommodata inscriptionem propriam habebat. Hinc Arca, in quam pecunia inferebatur ad adjuvandas mulieres parientes, vel in quam ipse parientes nummos immittebant, præferebat dictionem קינים aves nidorum, qua indicabatur, in ea contineri pecuniam pro oblatione turturum &c. Referebant autem hæ arcæ figuram cornu, quia superne arcæ admodum, & angustæ erant, & inferne late ad furum fraudes, & malitiam eludendam. In Tractatu שקלים cap. 3. dicitur: Tredecim שופרות שלשה עשר שופרות היו במקדש. Tredecim arcæ eleemosynariæ fuerunt in Sanctuario. Glossa autem habet: שופרות h. e. תיבות Arcæ. Vocarunt eas שופרות, quia fuerunt בצורת שופר ad formam tubæ, vel cornu rotundæ, curvæ, latæ infra, angustæ supra, paulatim ad summum se arcantes. Hujusmodi figuræ mox redditur ratio. שופרות הללו עקומות היו קצרין מלמעלה רחבין. H. e. Arcæ istæ curvæ fuerunt, angustæ supra, latæ infra propter homines fraudulentos. Ex alio loco colligitur, non solum in urbe, sed etiam in agro hujusmodi Arcas extitisse. Hinc in eodem Tractatu שקלים cap. 2. שופרות שהיו שופרות. Sicut fuerunt Arcæ pecuniariæ in Sanctuario urbis; sic quoque fuerunt Arcæ pecuniariæ in agro, videlicet in Ecclesiis extra urbem. Mulieres ob partum in eas injecisse pecunias, easque eliciendi munus proprium Sacerdotum extitisse ex sequentibus infertur. האשה שיש עליה לירה או זיבה מביאה מעות ונוחנת. H. e. Mulier ob partum, aut fluxum affert pecunias (duorum turturum) & mittit in Arcam. אין בית דין של כהנים עומדים משם עד שיכלו כל המעות שבשופר. H. e. Consistorium Sacerdotum non discedebat inde, donec exemptæ essent omnes pecuniæ, quæ erant in Arca. In Tractatu עירובין Eruvin fol. 32.

שׁוֹפְרָנוּ, & **שִׁפְרָנוּ** *Nomen equi Regis Assueri, ex Africa adducti, super quo ab Amiane uetus fuit Mardocheus honoris Regii causa.* Esth. 6. 10. *in Targum secundo.* Ita videtur appellatus a **שִׁפְרָנוּ** & **שִׁפְרָנוּ** motibus generosis, ac strenuis.

שָׂפָה, **שִׂפָּה**, **שִׂפְיָה** *Pabel.* Perficere, absolvere, finire, consummare. Genes. 18. 33. Thren. 2. 2. finire fecit, consumpsit, perdidit, excidit, succidit. Deuter. 31. 4. Isa. 9. 14. *Ishpabel* אֲשִׁיתִי perfici, absolvi. Ruth 2. 23. consumi, excindi, succindi. Psal. 31. 11.

שִׂנְאָה, **שִׂנְאָה** *Consumptio, consummatio, perditio, ruina, excidium, excisio.* Isa. 10. 23.

שִׂנְיָה *Idem.* Prov. 10. 14.
שִׂנְיָה, **שִׂנְיָה** 2. Reg. 13. 19. & *per apocopam* שִׂנְיָה *Idem.* Numer. 14. 45. *in Jonathane.*

שִׂנְיָה, **שִׂנְיָה** *Perfectio, consummatio, absolutio.* Psal. 139. 22.

שָׂקָה, **שָׂקָה** *Saccus, cilicium.* Genes. 37. 34. Esth. 4. 3. *Plur.* שָׂקִים *sacci, cilicia.* Jos. 9. 2.

שָׂקֵד *Vigilare, sedulum, attentum, & assiduum in re aliqua esse.*

Prov. 8. 34. Psal. 102. 8. *R. David passim admonet, Verbo huic השחרלות diligentia, & ההחמרה assiduitatis significationem subesse.* *In פְּרָקֵי אֲבוֹת cap. 2. Legis Dei assiduum studium his verbis inculcatur:* הוּי שָׂקֵד לְלַמּוֹד תּוֹרָה מֵה שִׁתְּשִׁיב לְאִפְיֻקּוּרוֹם *h. e.* Esto assiduus ad discendam Legem

Dei, ut habeas, quod respondeas Epicuro, videlicet Heretico. **אֲשִׁתְּקִיר** *Affiduum, vigilem, sedulum, diligentem in re aliqua esse.* הָיָה מְשִׁתְּקִיר *Erat assiduus, diligens, sollicitus, vigil, sedulus.* לְשָׂקוֹר *Ut sedulam operam dem studiis meis.*

שָׂקֵדִים *Amygdalæ.* *Idem ac* שָׂגֵדִים *Genes. 43. 11.*

אֲשִׁתְּקֵר, **אֲשִׁתְּקֵר** *Anno superiore, anno præterito.* Levit. 16. 21.

שָׂקָה *Apbel* אֲשָׁקִי *Potum præbere, potare, bibendum dare.* Jerem. 8. 14. *adaquare, irrigare.* Genes. 29. 10. Psal. 104. 13.

שָׂקָה *Potum præbens, a poculis, pincerna.* Genes. 40.

רַב שָׂקִי *Præfectus a poculis.* *Ibidem.* *Item* **שָׂקִי** *irrigatio, locus irriguus.* Genes. 13. 10. Jos. 15. 19. *canalis, aqualiculus.* Genes. 24. 20. *Plur.* שָׂקִיָּה *pincernæ.* Gen. 24. 20. & 30. 38. *in Jonathane.*

שָׂקִי *Bibulus, potator.* *In usu præsertim apud Rabbinos.* *Item* **שָׂקִי** *potus.* Exod. 12. 9.

שָׂקִי *Horti irrigui.* Eccles. 2. 5.
שָׂקִי, **שָׂקִי** *Potus, potio.* Genes. 40. 21. Psal. 102. 10.

שָׂקִי *Idem.* Esth. 1. 8. **שָׂקִי** *Et potus ejus.* 1. Reg. 10. 5.

שָׂקִי, **שָׂקִי** *Idem: pincerna.* Genes. 40. 13. *Item* **שָׂקִי** *convivium, symposium, compotatio.* Esth. 1. 3. *Plur.* שָׂקִיָּה *convivia, compotationes.* Esth. 9. 22. *in Targum secundo.*

שְׁקִינִי Potus. Numer. 6. 3. & Exod. 12. 9. in *Jonathane*.

שְׁקִינָא Stagna. Exod. 8. 1. in *Jonathane*. Isa. 32. 20. Cum aff. שְׁקִירוּחַ stagna ipsorum. Exod. 7. 19. in *Jonathane*.

מִשְׁקָה Liquor, humor. Plur. מִשְׁקִין, & מִשְׁקִים Liquores, humores, aqua. מִשְׁקִים טְמֵאִים Aquæ pollutæ. סֶפֶק מִשְׁקִין Dubium liquidum, an scilicet mundum, an pollutum sit. Septem liquores generales sunt מִלּוּי מֵיִם aqua, יַיִן vinum, שֶׁמֶן oleum, דָּם Sanguis, חֶלֶב lac, וְרֵבֶשׁ דְּבוּרִים & mel apum, ad quos cætera liquida omnia revocantur, de quorum immunditia, vel munditia disputatio instituitur, ubi cibum attigerint, cum a pollutis abstinendum Lex doceat. Disputationis causa oritur ex Levit. 11. 34 & 11. 38. ubi dicitur: וְכִי יִתֵּן מַיִם עַל זֶרַע Et si data fuerit aqua super semen, sive fru-

gem &c. polluta esto. R. Salomon vult, מַיִם h. e. aquæ nomine מִשְׁקִין etiam reliqua liquida intelligenda esse, & per זֶרַע semen, non solum semen, sed reliquos fructus, aut cibos, super quos aliquis horum liquorum ceciderit, vel ii in aliquem liquorum inciderint, a pollutione expiandos esse, & vindicandos. Hac de re Salomon idem ad v. 34. & R. Majemon cum Bartenora precipue consulendi sunt.

שָׂקָל Ferre, tollere, portare, gestare, basulare; accipere, auferre. Prov. 25. 20. Cant. 2. 15. uxorem ducere, uxorem accipere. Esth. 1. 16. in *Targum secundo* migrare navi, discedere.

שֶׁקֶל Hebraice. Siclus. Moneta olim in usu. Genes. 23. v. 15. Levit. 27. v. 4. Amos 8. v. 5. Plur. שְׁקָלִין sicli. Exod. 21. v. 32. Jos. 7. 21. Constr. שְׁקָלֵי 1. Paral. 21. v. 25.

De Siclo in usu apud Hebræos.

Siclus erat moneta argentea medio Imperiali respondens. Duplex erat; alter sacer, ita appellatus, vel quia ad res Sacras, sive Ecclesiasticas adhibebatur, vel quia Sacri ministerii auctoritate cudebatur, valebatque viginti quinque sestertios, sive semiunciam argenti; alter profanus, ita dictus, quia ad res profanas, & civiles comparandas erat in usu, & valebat dimidium Sicli Sacri, h. e. duodecim sestertios, & dimidium. Sicli profani triplex erat species; primus erat Hierosolymitanus insignitus ex altera parte urnula manna, vel thuris acerra cum his verbis יִשְׂרָאֵל שֶׁקֶל Siclus Israelis; ab altera vero virga Aaronis cum verbis יְרוּשָׁלַיִם חֲקֻדְשָׁה Jerusalem sancta: quibus duobus symbolis Regnum, & Sacerdotium adumbrabatur. Alter Judeo-Christianus a Judeis ad Fidem, Religionemque Christianam conversis cusus. Hujus Sicli pars altera Christi Salvatoris imaginem referebat cum litteris יֵשׁוּעַ Jesus, quod vulgò Judei pro יֵשׁוּעַ scribere consueverunt; altera vero exhibebat hæc verba: מְשִׁיחַ מְלֶכֶת בָּא בְּשָׁלוֹם וְאֵר מְאָדָּם עֲשׂוּי תִי h. e. Messias Rex venit cum pace, & lux de homine

facta est vita: in quibusdam vero pro ultimis quatuor dictionibus hæ tres leguntur: אלהים Deus factus. Tertius denique Siclus profanus nomine alicujus Regis erat consignatus. Hinc, Davide, & Salomone Israelitici Regni clarum tenentibus, cusi sunt Sicli, qui ab una parte exhibebant urbem Jerusalem cum vocibus עיר הקדש Jerusalem urbs Sanctitatis; ab altera vero has dictiones דוד המלך ובנו שלמה המלך David Rex, & filius ejus Salomon Rex. Jam vero in tres partes Siclus divisus fuit, in semissem, sive semisiclus, in trientem, & quadrantem. Semisiclus Hebraice vocatur חצי, & בָּקָע, & מהציה השקל; triens Hebraice dicitur שלישיית השקל scilicet tertia pars Sicli; tandem quadrans רבע השקל h. e. quarta pars Sicli.

Non erit hoc in loco ab re contra nonnullorum opinionem animadvertere, nonnullos nummos figuram, & imaginem hominis, vel animalis referentes non fuisse revera cusos a Judæis, sed ab aliis arte confectos, ut faciles homines, & credulos in errorem inducerent, & a numismatum antiquorum studiosis pecuniam hac ratione extorquerent. Artifices enim superioris seculi monetas hujusmodi haud paucas effinxerunt, tantaque arte, ut facile curvis eas attente non perpendenti imponi possit. Duo autem fere solent hujusmodi monetis omnem antiquitatis fidem adimere. Barbara primum inscribendi ratio eas adulterinas manifeste prodit. Hebræi enim voces lineæ extremas non ea ratione solent dirimere, qua Greci, Romani, aliæque gentes distinguunt, sed spatium, quod ad lineam finiendam reliquum est, vel complent litteris præcedentibus dilatatis, vel dictionis sequentis litteras initiales, unam, vel plures sine vocalibus superflue collocant, voce integra ad lineam sequentem reservata. Itaque deprehendes, hos nummos ut plurimum contra hoc insigniter peccare. Præterea illud argumento est, talium numismatum originem, aut effabricationem Judæis non deberi, quia Judæi figuras hominis in nummis, alibiue protuberantes efformare non audent. Id enim agentes, temere violarent trigessimum nonum inter 613. a Rabbinis ex Lege elicita præceptum, quod est hujusmodi: non esse faciendam imaginem hominis ex quacumque re, metallis, ligno, lapide, aut aliis id genus, ne ad ornatum quidem, sicuti dicitur Exod. 20. v. 20. לא תעשון אתי אלהי כסף h. e. Ne faciatis mecum Deos argenteos.

משקולתא, משקולתא Pondus: perpendiculum, amussis. Isa. 34. 11. & 44. 13.

שָׁקַע Ithpehal אֶשְׁתַּקַּע. Ithpabel אֶשְׁתַּקַּע submergi, interire, in profundum deprimi, profundum petere. Exod. 15. 10. Deuter. 29. 22. Pabel שָׁקַע

sculpi, insculpi in profundum, in profundum, in terram figi, infigi: submergere, demergere, tegere, occultare. Numer. 4. 20. שָׁקַע Apud Rabbinos de Sole usurpatum significat occumbere. Cum enim Sol occidit, videtur quodammodo se in aquas immergere.

בֵּית שְׁקַע Locus sedimenti. Ita a Tal-
Placet hoc in loco querere, cur Christus in institutione Eucharistiæ potius his verbis usus sit, Hoc est corpus meum, quam illis, Hic panis est caro mea, vel aliis. Cum olim Hebræi agnum assatum integrum comedendum convivis apponerent, Hebraico nomine, ut diximus גּוֹפּוֹ הַפֶּסַח Goph happèsach, h. e. corpus Paschæ appellatum, hujus ritus in ultima Cœna cum discipulis facta Christus rationem habens verba illa usurpavit, Hoc est corpus meum, ut eum sui Corporis figuram, & typum fuisse significaret. Agni autem corpus in mensa Paschali exhibitum fuisse ex ordine instruendæ cœnæ a R. Mose Bar, h. e. filio, Majemonidis in הלכות קמץ ומצה cap. 8. n. 1. descripto colligitur. Afferunt mensam paratam, & super eam imponunt herbas amaras, (videlicet lactucas agrestes) & olera (h. e. כֶּרֶס apium) azyma, embamma, & גּוֹפּוֹ שֶׁל כֶּבֶד הַפֶּסַח scilicet corpus Agni Paschalis, & כֶּשֶׂר חֲגִיגָה carnem Chagigà (h. e. Sacrificii) diei decimi quarti &c. Consummatus itaque est ritus Veteris Testamenti edendi Agni Paschalis corpus, mense Christi eodem appposito, & ab illo cum Discipulis manducato. Ut autem corpus veri, & immaculati Agni, hoc est, suum, nobis sub panis specie comedendum Christus præberet, pane accepto, ad corpus Agni Paschalis Veteris Testamenti alludens dixit: Hoc est Corpus meum, his verbis docens Sacerdotes, & admonens, qua ratione maxime verendum Corporis sui Sacramentum conficerent. Quemadmodum, cœna communi absoluta, poculum Veteris Testamenti in Novum transtulit, vinoque in Sanguinem suum converso, idem Sacerdotibus in sui memoriam faciendum mandavit. Ex his colligitur, in medio cœnæ communis Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum fuisse institutum, & in ejusdem fine Calicem consecratum, quidquid contra afferat Scaliger in lib. 6. De emendatione Temporum, & Ludovicus Capellus in suis Animadversionibus contra Buxtorphium de Cœna Domini, & Baronius ad annum Christi 34. n. 45. qui a Scaligero decepti præ-

præposterum Cœnæ Paschalis ritum invexerunt, multosque in eundem errorem pertraxerunt.

Nam quod attinet ad Scaligerum, ritum Cœnæ Paschalis omnino invertit, & ineptissime ad Cœnæ finem transfert, quod ejusdem initio erat collocandum: Hic est panis afflictionis &c. que verba in libris Ritualibus Hebræorum Cœnæ initium occupant. Quod si Abarbenelis Commentarios in פּסח וְזֶבַח Sacrificium Paschæ consulisset, causam statim cognovisset, cur hæc verba initio אַגְדָּה Agadæ, h. e. Historiæ, posita fuerint, & Chaldaico sermone exarata. Primum enim ideo factum, ut ad panis Azymi comestionem egeni excitarentur; alterum vero, ut adhortantium sermo facilius intelligeretur lingua vulgari, seu Chaldaica constans, cum hujusmodi אַגְדָּה Agadam Babylone compositam fuisse ex communi Hebræorum consensu sentiendum sit.

In eo vero Ludovicus Capellus erravit, quod censuit, Christum suffecisse verba illa, Hoc est Corpus meum, in locum illorum, Hic est panis afflictionis &c. quod a veritate longissime abest. Si enim Evangelium leges, clare deprehendes, Christum a Cœnæ surrexisse, vestes deposuisse, Discipulorum pedes lavisse, iterum mense accubuisse, demum circa Cœnæ dimidium Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum instituisse. Verum ex supra allatis patet, prædicta verba non in medio, vel alia parte convivii, sed in principio fuisse recitata. Præterea quid in ipsis invenies, quod ad consecrationem significandam possit referri? Nihil in illis ad benedictionem, nihil ad Eucharistiæ pertinens; neque in ipsa אַגְדָּה Agada continentur, sed solum אַגְדָּה Agadæ præludium sunt.

Baronius quoque Scaligerum secutus Cœnæ Paschalis ordinem præposterum in medium affert, & אַגְדָּה פּסח Agadæ Paschalis præludium ad ultimas Cœnæ partes transfert, Christumque in institutione Eucharistiæ ad illud respexisse sibi falso persuader. Totum autem Cœnæ Paschalis ritum ordine inverso ad annum Christi 34. n. 43. ita describit. In Paschali convivio posterior quæ esset mensa, non ut in aliis dierum Festorum secundis Cœnarum mensis bellaria apponebantur, sed tantum a Lege statutus cibus, nimirum primo loco embamma ex intybis, & lactucis agrestibus factum, aliisque rebus conditum: inque illud primus Paterfamilias intingebat offam Azymam, mox cæteri, sicque consumebatur. Deinde Paterfamilias tortam Azymam (vel ut alii textus habent dimidiam) sub mappa hætenus servatam in frustra frangebat, in tot particulas illam dividens, quot essent in Cœna discumbentes, sicque divisam singulis porrigebat. Quo facto ipse poculum degustatum tradebat proximo, ille secundo, donec poculum per totum convivium circumferretur. Insuper quoniam secundæ illæ mensæ Judæorum erant ob accepta beneficia ad gratias Deo agendas potissimum comparatæ, cum in cæteris secundis mensis esset usitata quædam communis benedictionis formula, in Paschali secunda mensa post
illam

illam benedictam cum distribueretur torta Azyma, hæc verba idem Paterfamilias dicebat. *Iste est panis ærumne, quem comederunt Patres nostri in terra Ægypti: quisquis esurit, accedat, & peragat Pascha.* Post hæc idem accepto poculo benedicebat his verbis. *Benedictus es, Domine, qui fructum vitis creasti &c.* sicque delibatum, ut dictum est, poculum tradebat proximo, ille secundo, & sic deinceps. Hæc ex Rituali Hebræorum. Adde, a Scaligero obtruso. *Quis enim unquam in Rabbinorum libris versatus non videt, multa sphalmata, & errores in hac narratione contineri, Scaligerumque deceptum etiam alios viros alioquin doctos, & eruditos in eundem errorem pertraxisse? Scaligerianæ enim mensæ Paschalis ordo toto cælo distat ab eo, quem Rabbinus in suis מִנְהַגִּים Ritualibus libris tradiderunt, & licet Scaliger obrudat legentibus, ritum illum ex Rituali Judæorum desumptum esse, qui tamen eorum libros hac de re attente legerit, rem ita se non habere plane deprehendet.*

Hec igitur animadversione digna in narratione Cœnæ Paschalis a Scaligero allata censeo. Falsum primo est, bellaria Paschali convivio non fuisse apponenda, cum tantummodo verum sit, post אֶפִּיקוֹמֵן Aphikomèn, ut supra diximus, nihil amplius fuisse comedendum. A veritate etiam alienum, חֲרוֹסֶת Embamma ex intybis, & lactucis agrestibus compositum fuisse. Quilibet enim Rabbinorum libros consulens statim intelliget, Judæos ad illud conficiendum non intybis, lactucis agrestibus, aliisque amaris herbis uti, sed aromatibus, fructibus dulcibus, & rebus aliis odoriferis, lactucasque agrestes leviter solum in ipsum esse immergendas, ne amantitudine sua rerum ceterarum dulcedinem, & suavitatem corrumpant. Cum itaque Scaliger intybum, amarasque herbas, quæ embammati solummodo admovendæ sunt, cum rebus aliis, quibus embamma constat, confundat, merito suspicari possumus, ipsum Hebræorum Rituales libros vel non legisse, vel certe non intellexisse. Singulos autem ipsius errores hac in re persequi quia nimis longum esset, satis sit animadvertere, statim post herbas amaras, & Azymi portionem manducatam potationem non fuisse factam, sed inter cibum, & potum non mediocri temporis intervallum intercessisse. Cyathus enim prius impleto, Precibus recitatis, apii, Azymi, & lactucæ modica quantitate degustata, tandem, repetita benedictione, cyathus exhauriebatur. De Aphikomèn vide pag. 21. & de Embammate pag. 264. hujus Lexici.

De mense נִסָּן Nisàn, h. e. Martio, & dictionibus

בֵּין הָעֶרְבַּיִם h. e. inter duas vespervas.

Cum supra dictum sit, Agnum Paschalem a die decimo mensis נִסָּן Nisàn usque ad decimum quartum a reliquo grege separatim servatum fuisse, ut בֵּין הָעֶרְבַּיִם inter duas ves-

peras mactaretur, jurat hoc in loco nonnulla de mense נִסָּן Nisàn, & dictionibus בֵּין הָעֶרְבִים inter duas vespervas dicere. Itaque mensis נִסָּן partim respondet nostro Martio, partim Aprili. Alii aliter illum appellant. Arabes vocant mensem granescens segetis; Greci τὸ μῆνα τῆς καρπῶν, mensem fructuum, quia eo juxta Philonem in Judæa segetes ad maturitatem pervenerant; Syri mensem florum dicunt. Cur a Chaldæis נִסָּן vocetur, adhuc non constat. Qui ejus originem a Verbo Hebraico נָס fugere derivant, valde falluntur, licet ita dictum eum velint a fuga Judæorum ex Ægypto eo mense facta. Quid enim ad Chaldæos attinebat, a quibus hoc nomen mensi impositum est, observare, quo mense Israelitæ ex Ægypto fugissent? Bochartus Hieroz. fol. 557. Fallor, inquit, aut scribendum נָסָן per duplex S, ut Joseph. lib. 3. cap. 10. vel נִסָּן Nisàn vocalis longa supplet Daghès, ut sæpe נִסָּין pro נָסָן h. e. vexilla ponantur, quippe hoc tempore Judæi bella gerebant, ut videre est 2. Samuel. 11. 1. Apud Rabbinos vocatur תְּקוּפָה TeKuphà. Hinc תְּקוּפּוֹת Te-cuphæ præcipue R. Samuelis, & R. Adde sunt epochæ Æquinoctiorum, & Solstitiorum secundum periodum Julianam. Proprie tamen תְּקוּפָה Tecuphà est ὄρον, κέντρον, τροπή, h. e. anni conversio.

Quod vero attinet ad dictiones בֵּין הָעֶרְבִים inter duas vespervas, ab Interpretibus vario modo explicantur, aliique ex iis alio inclinant in iis exponendis. Sunt, qui per illa significari volunt totum intervallum, & tempus interjectum inter vesperam diei decimæ quartæ, & decimæ quintæ, ex quo inferunt, qualibet hora licuisse immolare, & comedere agnum Paschalem. At quid absurdius? Clare enim habetur Deuter. 16. v. 6. תּוֹכַח אֶת־הַפֶּסַח בְּעֶרְבֵי כְבוֹא הַשֶּׁשֶׁשׁ מוֹעֵד צֵאתְךָ מִמִּצְרָיִם h. e. Immolabis Phasem vespere ad Solis occasum, quando egressus es de Ægypto. Alii, ut R. Salomò, R. Kimchì, R. Simeon per בֵּין הָעֶרְבִים inter duas vespervas indicari existimant totum tempus pomeridianum usque ad Solis occasum, duplicemque vesperam apud Judæos constituunt, alteram videlicet ante Solis occasum, alteram post Solis occasum. Hæc duplex vespera ex Evangelista Matthæo cap. 14. non obscure colligitur. Antequam enim narret miraculum quinque panum in gratiam turbe fame laborantis auctorum v. 15. inquit: Ὁΐας δὲ ἤκουσθησαν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες. Ἐρημός ἐστιν ὁ τόπος, & ἡ ὥρα ἤδη παρελήθεν· ἀπόλυτοι τὸς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς ἕως κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρῶματα. Vespere autem facto, accesserunt ad eum Discipuli ejus dicentes: Desertus est locus, & hora jam præteriit: dimitte turbas, ut euntes in castella, emant sibi escas: mox, narrato miraculo, subjicit v. 23. Καὶ ἀπόλυτος τὸς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ἔρος κατ' ἰδίαν προσάξατο. Ὁΐας δὲ ἤκουσθησαν, μόνος ἦν ἐκεῖ. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Quid clarius? Duplex eodem die vespera ab Evangelista distinguitur, altera ad occasum Sole præcipitante, altera post

Solis occasum. R. autem Abèn Ezrà per tempus **בין הערבים** inter duas vespervas intelligi vult crepusculum vespertinum inter Solis occasum, & initium noctis intercedens. Hanc posteriorem sententiam ceteris magis probabilem esse ex eo censeo, quia immolatio Agni Paschalis eodem tempore precipitur faciendæ, quo initium comedendi Azyma statuitur, videlicet post occasum Solis diei decime quartæ, nimirum incipiente die decima quinta. Exod. cap. 12. v. 18.

בְּרֵאשׁוֹן בְּחַרְבְּתָהּ עֶשֶׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ בְּעֶרְבַת תֹּאכְלוּ מִצֵּת עַד יוֹם הָאַחַר וְעֶשְׂרִים בְּרֵאשׁוֹן בְּחַרְבְּתָהּ עֶשֶׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ בְּעֶרְבַת b. e. Primo mense, quarto decimo die ejus mensis vespere comeditore Azymos usque ad diem vigesimum primum ejusdem mensis vespere. Ex quibus omnibus infertur, Judæos Agnum Paschalem assatum comedissee die decimo quinto **ניסן** Nisân, b. e. Martii, ineunte, non vero ineunte die decimo quarto.

Ceterum cum, florente Judæorum Republica, spatium proxime antecedens occasum Solis a Deo destinatum Agni Paschalis maclationi non sufficeret propter agnorum maclandorum multitudinem, volunt nonnulli, partem magnam temporis pomeridiani ipsorum maclationi fuisse tributam. Ad sententiam suam confirmandam afferunt, quæ habentur in **נְגַלְמִים** Negalm II. 2. Non lustrant plagas mane, nec **בין הערבים** inter duas vespervas. Quando igitur? hora tertia, quarta, quinta, septima, octava, & nona. Ubi animadvertendum, mane, & inter duas vespervas opponi, uti tempora obscuriora, & lustrationi minus opportuna: proprieque tempus designatum verbis **בין הערבים** inter duas vespervas post nonam incepisse. Huic opinioni suffragatur etiam Josephus lib. 7. 45. de Bello Judaico, inquit, in more positum fuisse, ut maclaretur Agnus Paschalis **ἀπὸ τῆς ἐννάτης ὥρας ἕως ἑξῆς τῆς ἐνδεκάτης**, ab hora nona usque ad undecimam.

שה Abbreviatura. Idem ac **שֵׁלְשִׁית** pro **דָּוִד הַמֶּלֶךְ** David Rex, super quo sit pax. **הקבלה** Catena Cabbalæ. Hoc nomine appellatur liber Historicus, de quo sæpe mentio fit in Tzemach David.

שהי Abbreviatura. Idem ac **שְׁתֵּי וְעֶרְבַת** Stamen, & subtegmen. His vocabulis retores utuntur. Cum autem hujusmodi textura Crucis figuram referat, ideo has voces Judæi solent adhibere ad Crucem significandam. Hinc ad contemptum Crucem Christi appellant

שהה Morari, tardare, cunctari. **שְׁהִיָּה** mora, cunctatio. **שהות** mora, tarditas.

שלמה Abbreviatura. Idem ac **שְׁלֹמֹה** Salomon Rex, super quo sit pax. Sic interdum occurrit **העה** ferri, ut **זה שב אל מה שאמר** b. e.

Hoc

Hoc refertur ad illud, quod antea dixerat. Item resipiscere, reverti a peccatis. **תשובה** resipiscencia, conversio a peccatis: responsio. **תשובה בעל** resipiscens. *In בבא מציעא fol. 58. admonentur homines, ne peccatori ad bonam frugem reverso vitam male anteaactam exprobrent, neve cuiquam majorum suorum conditionem abjectam in memoriam revocent: לבעל תשובה אל תאמר זכור מעשיך הראשונים ולבן גר אל תאמר לו זכור מעשה אבותיך* b. e. Resipiscenti ne dicas: memento operum tuorum priorum; & filio Profelyti ne dicas: memento operum patrum tuorum. *Multa ad Pœnitentia laudem a Rabbiniis dicuntur, ex quibus satis sit hoc asserere: התשובה היא יסוד העולם ועמודו ואין העולם עומד על התשובה* b. e. Pœnitentia est fundamentum Mundi, & columna eius, neque consistit Mundus, nisi propter Pœnitentiam. *Sic inter res septem, quas fabulantur a Deo creatas fuisse ante constitutionem Mundi, etiam Pœnitentiam recensent. Sunt autem hæc: Lex, התשובה Pœnitentia, Hortus Eden, Gehenna, Solium gloriae, Domus Sanctuarii, & Messiaë nomen. השקפה, השכון restitutio, redditio.*

שוה Equari; utile esse, prodesse, convenire. **שוואה** æquatio, comparatio. **שווי** æquum, æqui pretii, pretii vilis, & exigui: *ut דשווי חמרא* quod vinum esset vilis pretii. *Sententia Proverbialis in מציעא Metzià fol. 52. עשיק לנביתך ושווי לכריכך* b. e. Pretiosum dorso tuo, & vile ventri tuo,

videlicet subministra. *Hac sententia admonentur homines, majores impensas in vestitum, quam in victum faciendas esse, cum vestitus non solum necessario corporis tegumento, & presidio adversus temporis injurias inserviat, sed etiam ornamento, populique judicio & probationi subjiciatur; victus autem solummodo ad nutriendum corpus adhibendus sit, qui, si excedat, vires non reficit, & auget, sed opprimit, ac penitus aufert. Hinc apud Talmudicos circumfertur. Quæ necessaria sunt ad corpus tegendum, & vestiendum, קנה ביוקר comparato tibi pretiosius; quæ autem ad victum, בשווי quantum æquum est, neque nimium. השויה fusus. Eo enim lana, vel linum in filum æquatur. השוואה comparatio, adæquatio: conciliatio. וו השוואה Vau comparationis, est littera Vau vocum initio collocata in similitudinis apodosis, quæ sæpe obvia in משלי שלמה Proverbiis Salomonis. השוואת דעות conciliatio sententiarum, שביאות, שוויאון æquitas, æquum: ונבנין בשביאות vendentes cum æquitate, b. e. æque, juste. שווי Equum, æquale, æquitas, pretium rei, quod vendite rei est æquatio, & comparatio. שווי pretium ejus. שוה lineam æquinoctialis: אופן שוה circulus æquus, concentricus.*

שום Nomen. Chaldaice. *Apud Masorethas nomen proprium viri. Apud Rabbinos aliquis, aliquid. Solet præcedere, vel sequi כשום ש. לא שום propter. על שום קה* propterea quod, eo quod.

qua de causa? quamobrem? הכי משום propterea.

שום *Abbreviatura. Idem ac שפייר*. Germanice voces sunt, videlicet Spira, Wormacium, Moguntia, adhibite per hanc abbreviaturam in contractibus Matrimonialibus. Cum enim in tota Germania harum urbium Synagoge antiquissime sint, ideo Jus priscum illarum obtinet. Constitutio itaque harum urbium est, ut si maritus, vel uxor intra biennium moriatur sine liberis, ad partem superstitem tota dos pertineat, si tertio anno maritus sine herede moriatur, uxor dotem tantummodo propter Nuptias habeat. Itaque solent Hebraei Germani שטר כחיבה instrumentum dotis ita subscribere: כתקנת שום קק שום *b. e.* Juxta Constitutionem Synagogarum sanctarum S. W. M. *b. e.* Spira, Wormacii, Moguntia.

שום Ponere. שמות positio, impositio. שים positio השמה, שומא, שים שמה Idem שטר שמה Literarum immisionis in bona debitoris.

שור Linea. *Plur.* שורות lineæ. שור taurus, *signum Cælestis*.

שור Canere. משורר cantor, Poeta. *Plur.* משוררים cantores: Poetæ. שיר, שירה שירחא canticum: carmen Poeticum, sive rhythmicum. מלאכת השיר Poetices, שיריית Poetica, vel מלאכת שיריית ars Poetica.

שור *Abbreviatura. Idem ac שוכת זרע* Concubitus feminis, feminis profusio inanis.

שור Filare, fila ducere, & intorquere. שורין חוטין fila duplicata, contorta. שורחא spina dorsi.

שחה בית השחי, שחי, שחה Axilla, locus concavus sub brachio. שחה curvus. שחתא scutella, manica, sinus.

שחה *Abbreviatura. Idem ac שנתא חנם* Odium immeritum. Ex Rabbiniis tempore Templi secundi viguit, atque etiam ob id illud vastatum, atque eversum fuisse volunt, contenduntque adhuc non fuisse restauratum, quia nondum hujusmodi peccatum satis expiatum est. Hoc odium immeritum cum tribus peccatis comparatur, in que tempore Templi primi misere homines labebantur, de quibus sermo in *Abbreviatura* שר. 2. שומר חנם. שומר שכר Custodiens gratis, cui opponitur שומר שומר custodiens pro mercede. *Talmudistis frequens.*

שחר Aurora, mane. שחרי matutinus. שחר nigredo. שחור atramentum. שחר nigrescere, nigrum esse. שחרר libertate donare, manumittere. עבד משחרר servus manumissus. אשה משחררת mulier libertate donata.

שחת Pabulum, fruges succise, antequam in culmum ascendant. שיתחא idem.

שט *Abbreviatura. Idem ac שם טוב* Nomen bonum: נפטר בשט Migravit ex hac vita cum nomine bono. Est etiam nomen proprium.

שטה Stultum esse, insanire. שומא stultus, amens, insanus, vefanus. *Plur.* שומין stulti. שטות stultitia, dementia, infania, idem.

שְׂטוּתָא idem. הַשְׂטָאָה lusus, jocus. ufus, stylus Talmudicus.
 שְׂטָה, שְׂטָה Linea: ordo, ufus, discursus, ritus, stylus. הַתְּלָמוּד שְׂטָה Declinare, divertere, deflectere.
 שְׂטוּתָא ordo, Numer. 5. 19. & 30. Prov. 4. 15. Hoseæ 5. 2.

De muliere שְׂטָה Sotà, b. e. de adulterio suspecta.

Mulier שְׂטָה Sotà in Lege veteri dicebatur illa, quam ejus vir adulterium perpetrasse suspicabatur. Ut igitur in cognitionem veniret, utrum adultera esset, nec ne, eam ducebat ad Sacerdotem cum עֵשִׂירִית הָאֶפֶה קָמַח שְׁעוּרִים oblatione sua, quæ constabat ex decima Ephæ farinae hordeaceæ, sine oleo, & thure offerenda. Hujusmodi fœmina a Sacerdote ad portam Nicanoris sistebatur. Tum ab eodem Sacerdote aqua ex labro æneo hauriebatur, quam cum pulvere e pavimento Tabernaculi desumpto mixtam in vas fictile conjiciebat. Postea mulieris capite nudato, & munere ejus manibus impositio, hac formula schedulæ inscripta ipsam adjurabat ipse interim tenens aquas amarissimas, in quas maledicta, & execrationes congesserat: אִם לֹא שָׁכַב אִישׁ אֶתְךָ וְאִם לֹא שְׂטִית טְמֵאָה תַּחַת אִישׁךָ הַנָּקִי מֵמַי הַמַּיִם הַמְּאֹרָרִים הָאֵלֶּה! וְאֵת כִּי שְׂטִית תַּחַת אִישׁךָ וְכִי נְטַמְאַת וַיִּתֵּן אִישׁ בְּךָ אֶת־שִׁכְבְּתִי מִבְּלָעֵרֵי אִישׁךָ: יִתֵּן יְהוָה אֶתְךָ לְאֵלֶּה וּלְשִׁבְעָה בְּחוּף עֵמֶךָ בְּתַת יְהוָה: אֶת־יְרִיכָךָ נִפְלָה וְאֶת־בְּטָנְךָ צָבָה! Quæ verba Hebraica ita D. Hieronymus vertit. Si non dormivit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti toro, non te nocent aquæ istæ amarissimæ. Sin autem declinasti a viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro: det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo suo: putrescere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus dirumpatur. Post hæc Sacerdos e manu mulieris Sacrificium zelotypie tollebat, munusque sancto vasi inditum agitabat, & ad Altaris angulum deponebat, pugillumque farinæ ex Sacrificio sublatum in Altaris ignem conjiciebat. Interea uxor aquas amarissimas bibebat, quæ innocenti nullum detrimentum afferebant, reæ vero adulterii mortem inferebant ventrem tumidum, femurque tabidum reddendo.

שְׂטָח Expansio, expansum: superficies. שְׂטִיחִין expansiones, res expansæ. Item clitellæ. כְּשִׂטָּח expansio.
 שְׂטָח Immergere, immergendo abluere.

De ratione purgandi vasa ad culinam pertinentia ante Pascha ab Hebræis usurpata.

Aliquot ante Pascha diebus magno abeno igni apposito, jamque ebullienti vasa minora Hebræis

brei inferunt, unde postea eruta, & aqua frigida aspersa abstergunt. Singillatim vasa in ahenum mulieres immittunt, ne forte se invicem attingentia ex parte aliqua non sint abluta. Ad expurganda vero majora ferrum, vel saxum in ignem Judei conjiciunt, ignitumque extrahentes ea circum ducunt, aqua super effusa. Instrumentis ferreis, aeneis, cupreis, similibusque detergendis ignis tantummodo adhibetur. Superstitionem hanc Judæorum Christus Matth. 23. 25. acriter increpuit: Καθαρίστε τὸ ἔξωθεν τῆ ποτηρίου, καὶ παραδίδοτε. Purgatis exteriorem poculi, patinæque partem: & Marci 7. 8. Ἀφέντες τὸ ἐντολίῳ τῆ θεῶ, κρατέτε τὸ παράδοτον τῆς ἀνθρώπων, βαπτισμῶς ξύων, καὶ ποτηρίων. Omissio mandato Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones sextariorum, & poculorum. Quod si vasis partem aliquam aqua ebulliens non attingat, vas illud ad purgandam suppellectilem omnino ineptum censetur. Purgandorum vasorum rationem, aliarumque rerum ad culinam spectantium tradit etiam Buxtorphius cap. 17. in Synagoga. Stannum quod attinet, aliaque id genus vasa, duas forcipes habent, altera in aquam ferventem illa immittunt, altera extrahunt, ut ea etiam parte, quam prima forceps tangebatur, abluantur. Vasa ferrea, ut craticulas, vera, opercula, sartagine, & similia tamdiu igni subjiciunt, donec scintillas agant: tum demum etiam sunt legitima. Cultros, antequam in ahenum immittant, prius probe defricant ad cotem, vel alium lapidem, ad rubiginem omnem deterendam. Ferreum, vel aeneum mortarium, prunis candentibus, filo circumligato, replent: ubi eo usque incaluit, ut filum rumpatur, legitimum est.

שטר Litteræ contractus, Instrumentum litterarum, Litteræ procurationis. שטר Chirographum, litteræ debiti. Plur. שטרות.

שיבה Abbreviatura. Idem ac שחיקה יפה שחיקה יפה בשיעת החפלה Silentium pulchrum est tempore Precum. Hæc abbreviatura Synagogarum parietibus inscribi solet.

שיך Congruit, convenit. שיך decens, conveniens, pertinens.

שם, יפת Abbreviatura. Idem ac שם, יפת, עבר, נוח, למך, Sem, Japhet, Lamech, Noe, Heber.

שירה Abbreviatura. Idem ac שירה נצח

Qui vivat in æternum. Adhibetur in Epistolis ad omen longe vitæ.

שירין, שירין Monilia, catenæ, armillæ.

שירות idem. שורה turba, turba, exercitus, caterva. שורה catervatim. שיריים duæ tertiæ cubiti. שירין residuum, reliquum Talmudistis.

שכיב Cubare, decumbere. שכיב מרע agrotus: & שכיב mortuus, qui occubuit.

שכיבה obdormitio, decubitus, vel החולי morbi, vel המות mortis.

שכה Invenire, reperire. שכה inventum, præsens. שלא שכה quod non invenitur, existit.

שָׁבֵל Intelligere . שְׁבֵל ingenium, instructio, intellectus . שְׁבֵלִי intellectualis . מְצוּוֹת שְׁבֵלִי praecepta intellectus, quibus opponuntur מְעֻשׂוֹת actualia, practica . מוֹשְׁבֵלוֹת intellectualia, quae sub intellectum cadunt . קִנְיֵן הַמוֹשְׁבֵלוֹת habitus intellectualis . מוֹשְׁבֵלוֹת ראשונות notiones primae . שְׁנֵינִיּוֹת secundae . שְׁבֵלוֹת intellectus . שְׁבֵלְהוֹן , שְׁבֵלְהוֹן intelligent, prudens, ingeniosus . שְׁבֵלְהוֹנוֹת intelligentia . נֶפֶשׁ הַמְּשֵׁבֶלֶת anima intelligens . הַשְּׁבֵלָה intelligentia, prudentia . מְשִׁיבֵלָה pelvis, vas lavandis pedibus inferviens .

שָׁכַם Convenire, consentire: matutino tempore surgere . שָׁם מוֹשְׁבָם nomen conveniens, alii sc. nomini eodem sensu, idest, univocum, synonymum .

שָׁכַן Habitare, inhabitare, cohabitare: subsidere, ut feces . שְׁכִינָה vicus, vicinia, platea urbis habitata . שְׁכִינָה majestas Dei, praesentia Dei, Spiritus Sanctus, Divinitas . Vide pag. 631. 632. 633 . מִשְׁכּוֹן pignus, Sic dicitur, quia manet apud creditorem, donec redimatur . מִשְׁכּוֹן oppigneravit . נִתְּמַשְׁכּוֹן oppigneratus fuit .

שָׁלַם Abbreviatura . Idem ac לוריא Salomon Luria . Est nomen proprium insignis Rabbini, qui librum de cibis, aliisque rebus licitis, ac prohibitis in lucem edidit . Extat in eum Commentarius, in quo haec Abbreviatura passim obvia . 2. לְעֵיל Pertinet supra, videlicet ad superiora . 3. שְׁחַטְמָנוּ Qui, vel quod peccavimus coram

te . Occurrit in libris Precum .

שְׁלִיטָא . שליט Abbreviatura . Idem ac אֵינְן לִימֵים טוֹבִין אֵינְן Qui vivat ad dies bonos, Amen . In titulis librorum ejus usus . Euphemia post viventis nomen .

שְׁלִיבָה Gradus scalæ . Plur. שְׁלִיבוֹת , שְׁלִיבֵין gradus .

שָׁלַח Mittere, emittere, ablegare, amandare, dimittere: detrahere, extrahere . שְׁלִיחַ missus, legatus, nuncius, Apostolus . שְׁלִיחַ מִיּוֹחַר nuncius proprius . שְׁלִיחוֹת missio, legatio, ablegatio, Apostolatus . שְׁלִיחוֹת legatio . אֶשְׁתְּלַחֲוּחַ idem . שְׁלַח missile, telum, gladius, arma bellica .

שְׁלַחַן mensa . שְׁלַחַנִי trapezita, nummularius, argentarius . Ita dicitur, quia negotiationem in mensa peragit .

שָׁלַל Negare apud Logicos Hebraeos . שְׁוֵלָה negans, negativa propositio . שְׁוֵלָהִים negativa, negantia . שְׁוֵלָה negatio . שְׁוֵלָהִים negatio . מְשֻׁלָּל ens abstractum . מְשֻׁלָּלִי propositio negativa universalis . שְׁוֵלָהִי תוֹאֵר forma abstracta, cui opponitur הַיּוֹבֵי concreta . שְׁוֵלִיל embryo, fetus matricis: item abortivum . שְׁוֵלִיל mittere, mittere deorsum: purgare, laxare alvum . שְׁוֵלִיל descensus, locus declivis, laxatio: diarrhaea, fluxus alvi: cæcilia, serpens cæcus .

שְׁלָם Perfici, compleri . שְׁלָם perfectio . שְׁלָמָה בְּלִתִּי אִמּוֹנָתוֹ fides ejus imperfecta erat .

שְׁלַק Elixare, in aqua coquere . שְׁלַק eli-

שְׁלוּם elixum, coctum. *Plur.* יִרְקוֹת שְׁלוּם
שְׁלוּקִים olera elixa, & שְׁלֻקוֹת.

שְׁלוּם לְךָ *Abbreviatura*. *Idem ac* שְׁלוּם לְךָ
שְׁלוּם Salus tibi fit, salus. *Ejus usus in*
Epistolis, pro salutem plurimam tibi dico.

שְׁלוּשׁ מְשׁוּלָשׁ, *Triplicatum, triangulum.*
שְׁלוּשׁ צוּרַת מְשׁוּלָשׁ figura trianguli.
שְׁלוּשׁ *Trinitas.* שְׁלוּשׁ *Trinitas.*

שְׁלֻשְׁלֻשׁ Concatenare, connectere, cate-
nis vincire; deorsum demittere. שְׁלֻשְׁלֻשְׁתָּא
catena. *Plur.* שְׁלֻשְׁלֻשְׁאוֹת catenarum. *Ex for-*
ma Chaldaica שְׁלֻשְׁלֻשְׁתָּא catenarum. *Item* שְׁלֻשְׁלֻשְׁתָּא
catena genealogiarum. שְׁלֻשְׁלֻשְׁתָּא הַיְחָס
in connexionione causarum. שְׁלֻשְׁלֻשְׁתָּא
diarrhæa, ventris solutio, & fluxus.

שְׁמַחָא *Abbreviatura*. *Idem ac* שְׁמַחָא מְלָכִים
Mensa Regum. *Obvia apud Talmudistas.*
2. שְׁמַחָא נִשְׁמַחָא *Nomen expositum.* *Ita a*
Cabbalisticis appellatur nomen Dei Tetragram-
mation יְהוָה. *Sæpius occurrit scriptum unica*
dictione הַמְּפֹרֶשׁ. *Vide de eo hujus Lexici*
pag. 646. 3. שְׁמַחָא מְנַחָא *Audi ex eo.* *Scri-*
bitur etiam מְנַחָא. *Vel* שְׁמַחָא מְנַחָא *Audi-*
mus, percipimus inde. *Frequens apud Rab-*
binos, pro inde colligendum, inde perci-
piendum.

שְׁמַחָא *Nomen, Deus. Cum articulo*
הַשְׁמַחָא. *Item* כְּשֵׁם שְׁמַחָא *sicut, quemadmodum,*
non כְּשֵׁם שְׁמַחָא, *ut indocti Judei efferunt. Etenim*
כְּשֵׁם שְׁמַחָא *est pro* כְּהַשְׁמַחָא, *quod est nomen Dei.*
עַל שְׁמַחָא *propter, propterea.* עַל שְׁמַחָא *idem.*
עַל שְׁמַחָא *propterea.*

שְׁמַחָא Cœli: Deus, quia in Cœlis habi-
rat. שְׁמַחָא לְשֵׁם שְׁמַחָא *propter Deum. Sic*

שְׁמַחָא *Deus. Dan. 4. 23.* שְׁמַחָא *cœlestis.*
Plur. שְׁמַחָא גְּרָמִים שְׁמַחָא *corpora cœlestia.*

שְׁמַחָא *Forte, fortassis, si forte, ne for-*
te, an forte. Aliquando in interrogazione si-
gnificat num, numquid? וְשְׁמַחָא *quod si*
forte.

שְׁמַחָא *Deficere a Religione.* הַשְׁמַחָא *per-*
dere, profigare, delere, destruere.

שְׁמַחָא *Apostata, quasi perditus dicitur.*
הַשְׁמַחָא *perditio, apostasia a*
Fide vera. הַשְׁמַחָא *apostata factus est.*
שְׁמַחָא *persecutio, perditio, profiga-*
tio, interitus, exitium. שְׁמַחָא גְּרוּ *decre-*
verunt persecutiones. *Usurpant Rabbini fre-*
quentius גְּרוּ גְּרוּ *decreverunt decretum.*

שְׁמַחָא שְׁמַחָא, *Samchasai. Nomen An-*
geli, qui cum socio suo Uziele dicitur Genes.
6. 14. in Jonathane e Cælo deturbatus. Illa
enim verba reddens הַגִּבְיָלִים הָיוּ בְּאֶרֶץ
בְּיָמֵם הָהֵם *Et Gigantes fuerunt in ter-*
ra temporibus illis, inquit, שְׁמַחָא וְעוּזִיָּאל
שְׁמַחָא & Uzziel, *qui e Cælo cecide-*
runt, versabantur temporibus illis in ter-
ra. Sunt autem appellati in Texu Hebræo
Gigantes נְפִילִים *quasi decidui, a Verbo* נָפַל
cadere, quia e Cælo in terram dejecti fue-
runt juxta nonnullorum Interpretum opinio-
nem.

שְׁמַחָא *Pinguedo, oleum.* שְׁמַחָא *oleum combustionis.* *Hujusmodi oleum ad*
cibos condiendos, & ad usum Sabbati pol-
lutum censebatur, ac propterea prohibitum e-
rat, eoque tantummodo vulgo utebantur in lu-
cernis.

שִׁמְנוֹנִית Pinguedo, oleum.
 שֶׁמֶן Butyrum : pinguedo.
 שׁוֹמֵן Pinguedo: שֶׁל חֲזִיר Pinguedo porci, lardum.
 שׁוֹמֵן Pinguedo, adeps.
 שׁוֹמְנֵת Allium sylvestre, *allio hortensi mole minus, quod dicitur שׁוֹם*.
 שְׁמֵעַ Abbreviatura. Idem ac שְׂרֵי מַלְךְ שְׁמֵעַ Omnipotens Rex Mundi. 2. שְׂאוּ עֵינֵיכֶם מֵרוֹם אֲתוֹלְלִיטֵי מִלְּפָנֵיכֶם עֵינֵיכֶם. 3. שְׁחָרִית, עֶרְבִית, מַנְחָה, Matutinum, vespertinum, nocturnum, *que sunt tria tempora Precibus addicta apud Hebraeos*.
 שָׁמַע Audire, obedire, obtemperare.
 מִשְׁמַע Litteralis vocis auditio: sensus litteralis, & simplex. שְׁמִיעָה auditus, auditio. שְׁמוֹעַ auditus. שְׁמוֹעָה fama, rumor, sermo: fabula, narratio, historia. שְׁמִיעָה fama. שׁוֹמֵן rumor.
 שָׁמַע Ministrare, servire, famulari. שְׁמַע minister, famulus, servus.
 שְׁמִיץ Parum, paxillum, minimum. שְׁמִיץ פָּסוּל parum vitii.
 שָׁמַשׁ Ministrare, servire: Sacerdotio fungi. שְׂמַשׁ minister: Diaconus, Subdiaconus. מְשֻׁמָּשׁ servus. מִשְׁמֵשׁ ministra, famula. שְׁמוֹשׁ ministerium. שְׁמוֹשׁוֹת littera ministerialis. Item שְׁמַשׁ, שְׁמוֹשׁ coire, rem habere, concumbere. תְּשֻׁמִּישׁ concubitus, coitus. תְּשֻׁמִּישׁ המִּטָּה ministerium lecti.

מִצְוֵה ministeria Legis.
 שְׁמַשׁ Uti.
 שְׁמַתָּה, שְׁמַתָּה Scammathà. Excommunicationis species. Vide hujus Lexici pag. 659.
 שְׁמַתָּה נֶצַח Abbreviatura. Idem ac Qui vivat in æternum.
 שְׁהַכֵּל נְהִיָּה Abbreviatura. Idem ac בְּרַבְרָו Cujus verbo omnia extiterunt, *mirum benedictus sit. Sunt verba consecrationis ciborum in usu apud Hebraeos*.
 שְׁנָה Mutari, iterare, variari. מְלוֹת שׁוֹנוֹת mutata, varia, diversa. מִשְׁתַּנְּהוּ diverſitas: dualitas. מִשְׁתַּנְּנוּת variatio, alteratio. Deinde שְׁנָה, שְׁנָה discere, docere. שׁוֹנָה discens. מִשְׁנָה textus Talmudicus. מִשְׁנָה Deuteronomium. מִשְׁנָה repentinum, mirabile. מִשְׁנָה mors repentina. מִשְׁנָה רַבֵּר מִשְׁנָה res mirabilis. שְׁנֵי שְׁנוֹת, שְׁנוֹת res horrenda, mirabilis.
 שְׁנָה, שְׁנָה Annus. Ita dicitur, quia ab eodem puncto semper iteratur, & Sol ad primum vestigium redit; vel quia annus perpetua mutatione, & serie annum sequitur, juxta illud Poete:
 In se sua per vestigia volvitur annus. Alii volunt ita annum appellatum fuisse, quia in anno varia temporum, ac rerum mutationes, vicissitudinesque contingunt.

De Anno Judaico, diversisque eum numerandi rationibus.

Antequam Hebræi Ægyptiis misere servire coacti sunt, unicum tantummodo anni initium in rebus omnibus servaverunt; servitutis autem jugo Dei auxilio depulso, & excusso, quadruplex anni initium habuerunt. Annus enim sacer incipiebat a mense נִסָּן Martio, & inde Festa ordinabantur, annique Regum numerabantur; Civilis a mense תִּשְׂרִי Septembris, quo in contractibus, anno annorum, supputandis Jubileis, annisque Sabbaticis utebantur. A mense אֱלּוּל Augusti decimandorum pecorum initium ducebatur, & a mense שֶׁבַט Januario decimandorum fructuum ex arboribus collectorum. Hinc de his variis anni initiis apud Hebræos habetur in Tractatu ראש השנה De principio anni cap. i. sect. i. הם ראשי שנים הם באחד בניסן ראש השנה למלכים ולרגלים: באחד באלול ראש השנה למעשר בהמה: ר אליעזר ורבי שמעון אומרים באחד בתשרי: באחד בתשרי ראש השנה לשנים ולשמיטין וליובלות ולנטיעה ולירקות: באחד בשבת ראש השנה לאילן b. e. Quatuor sunt principia anni; prima die mensis Nisàn est novus annus Regum, & Festorum: prima die Elùl est novus annus decimandi pecoris. Rabbi Eliezer tamen, & Rabbi Simeon dicunt, prima die Tisrì. Prima die Tisrì est novus annus annorum, anni dimissionis, Jubilei, plantationis arborum, & herbarum. Prima die Scebàt est novus annus arborum secundum sententiam domus Sammài: sed domus Hillèl dicit decimo quinto die ejus mensis. De Hillele, & Sammai vide pag. 45. 65. 542. Itaque cum Judei arbitrentur, terrarum orbem a Deo conditum fuisse Novilunio mensis תִּשְׂרִי Septembris, annos ab Orbe condito numerare incipiunt ab eodem mense, & Kalendaria sua etiam id temporis juxta ipsum ordinant. Juxta Judæos autem in mense תִּשְׂרִי Septembri multa acciderunt memoria digna. Ajunt enim, hoc mense Mundum fuisse conditum; in eo Patriarchas natos, & mortuos; fuisse visitatam Saram, Rachelem, & Annam; Josephum e carcere exiisse; cessasse omnino Patrum suorum in Ægypto servitatem, cum in mense נִסָּן Nisàn liberati sint; hoc denique mense se in libertatem per Messiam vindicandos existimant. Cæterum non eodem semper nomine appellatur primus dies mensis תִּשְׂרִי Septembris, a quo novus annus Civilis apud Hebræos, ut diximus, initium duxit. Levitici enim 23. v. 24. זְכֹרֶן תְּרוּעָה memoria clangoris dicitur; Numerorum 29. v. 1. יוֹם תְּרוּעָה dies clangoris; a Judæis autem vulgo ראש השנה Rofc hafcanà, b. e. initium anni appellatur quo titulo liber unus ex מִנָּה Mi'nà insignitur, in quo de spectantibus ad illum diem multa Rabbini disceptant. Hoc die novi anni primo olim præter Sacrificia jugia, & Sacrificia eadem, quæ offerebantur singulis Noviluniis, addebatur juvencus, aries, & septem agni in holocaustum, & hircus in Sacrificium piaculare.

re. *Varia vero fuit diversis temporibus apud Hebræos Novi anni initium celebrandi ratio. A Mose enim ad Esdræm buccina clangebant, & Sacrificia offerebant. Ab Esdræ ad Christum præter Sacrificiorum oblationem, buccinæque clangorem Synagogas adibant, nonnullas Sectiones ex Sacris litteris legebant, adjunctis quibusdam Precibus, & Canticis. Nunc temporis in Synagogas se conferunt, buccina clangunt, Psalmos, & Cantica canunt, Preces semper terram versus inclinati elata voce recitant, sibi mutuo felicem, fortunatumque annum precantur, caput arietis, res dulces, pisces præstantes, mala punica edunt, rerum omnium copiam, & ubertatem a Deo enixe postulantes. Nonnulli etiam albis vestibus induti suggestum conscendunt, ibique bis Sacræ Scripturæ codicem atrollunt, & deponunt, aliquo ex iis interea in eodem suggesto buccina ex ære, & eboze confecta, non bubula, clangente, ad Israelitarum Idololatriam in deserto per vituli aurei cultum commissam detestandam. Alii præterea ad fluviorum pontes abeunt, ibique peccatorum suorum veniam deprecantes in fluvium quasi ea conjiciunt, verborum illorum, quæ Michæe 7. v. 19. habentur, rationem habentes: **יָשׁוּב יִרְחַמֵּנוּ עֲוֹנוֹתֵינוּ וְחַשְׁלֵיךְ** h. e. juxta Vulgatam. Revertetur, & miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Induuntur autem albis vestibus ad indicandam cordis munditiam, balnea subeunt, in cœmeterio Deum orant, ut sibi velit propitius esse propter justos illic sepultos, & ab omni opere servili abstinent. Appellatur hoc Festum Tubarum, quia hoc Festo tubis, & buccinis clangebant, juxta illud Psalmi 80. 4 **הִקְעוּ בַחֲדָשׁ שׁוֹפָר בְּכֶסֶף לְיוֹם חַגֵּנוּ כִּי הִקָּה לְיִשְׂרָאֵל הוּא** h. e. Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ, quia præceptum est in Israel. Rabbini ajunt, hoc die severum, & acre a Deo judicium exerceri, & coram illo tres libros aperiri; primum nefariis, & facinorosis hominibus refertum esse; in altero pios, & religiosos contineri; in tertio vero medium quoddam genus hominum, qui ab ipsis Mediocum appellantur, esse descriptum, propter ambiguam quamdam vivendi rationem nec justorum, nec injustorum numero adscribendorum. De his autem addunt, eos, si ab initio novi anni ad diem decimum ejusdem mensis, in quem Festum **כַּפּוּרִים** Expiationis incidit, respiciant, & religionem ex animo sectantes virtuti se totos dedant, piis annumerari; si vero secus agant, & in vitia præcipites sponte ruant, æternis impiorum cruciatibus reservari.*

Porro varias variis temporibus numerandi annos rationes habuisse Hebræos ex **מִקְרָא** Sacra Scriptura, & aliis Scripturis colligitur. Rabbini hac de re in **ראש השנה** cap. 1. hæc tradunt. Unde probatur, Judæos numerasse ab exitu ex Ægypto? Ex eo nempe, quod scriptum est Exod. 19. 1. *Mensē tertio egressionis Israel de terra Ægypti.* At hinc non constat mihi usurpatam fuisse hujusmodi supputationem, nisi pro tempore illo. Postea etiam illam in usu fuisse unde habemus? Id discito ex Scriptura 1. Regum 6. 1.

ויהי בשמונים שנה וארבע מאות שנה ליצאת בני ישראל מארץ מצרים בשנה
 הרביעית בחדש זו הוא החדש השני למלך שלמה על ישראל וכן הבית היה:
*h. e. Factum est quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægy-
 pti, in anno quarto, mense Zivo, ipse est mensis secundus Regni Salomonis super Israel, æ-
 dificari cœpit domus Domini. Postquam vero exstructum est Templum, cœperunt annos
 numerare ab illius ædificatione, juxta illud 2. Paral. 8. 1. ויהי מקץ עשרים שנה אשר
 בנה שלמה את הבית יהוה ואת בותו: Expletis autem viginti annis, postquam ædifica-
 vit Salomon domum Domini, & domum suam. Destructo autem Templo, non fuerunt di-
 gni, qui numerarent ab ædificatione Templi, cœperunt numerare ab ejus excidio, jux-
 ta illud Ezechielis 40. 1. בַּעֲשָׂרִים וְחֲמִשׁ שָׁנָה לְגַלְיָתָנוּ בְּרֵאשִׁית הַשָּׁנָה בְּעָשׂוֹר לַחֹדֶשׁ: In
 vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis &c. De-
 gentes autem sub aliorum potestate captivi non fuerunt digni, qui a se annorum com-
 putum fumerent. Cœperunt itaque annos numerare a Regnis extraneorum, juxta il-
 lud Zachariæ 1. 1. בְּשֵׁנַת שְׁתַּיִם לְדָרְיוֹשׁ Anno secundo Darii Regis; & Danielis 10. 1.
 בְּשֵׁנַת שְׁלוֹשׁ לְכוּרֵשׁ מֶלֶךְ פָּרַס Anno tertio Cyri Regis Persarum &c. Hunc numerandi
 modum servarunt Judæi ad Alexandrum Magnum, a cujus imperio omnes contractus
 obsignarunt per mille, & amplius annos. Primo itaque Israelite annos numerarunt ab e-
 gressu ex Ægypto usque ad Templi Salomonici extruccionem; deinde ab ejus extruccionem; post-
 ea ab excidio; denique a regimine Regum exterorum. Hic autem mos usque ad Alexandrum
 Magnum obtinuit, post quem ab ejus imperio anni supputati, & obsignati contractus per
 mille, & amplius annos. Tandem consuetudo numerandi annos ab Orbe condito paulatim
 invaluit.*

Cæterum inter omnes Interpretes convenit שְׁנָה annum apud Judæos Lunarem fuisse ex
 mensibus duodecim, scilicet diebus tercentis, & quinquaginta quatuor compositum, eumque
 duplicem, alterum naturalem, & vulgarem, alterum Civilem, & Sacrum dictum. Itaque
 cum annus Solaris ex diebus tercentis, & sexaginta quinque, & quadrate constet, interca-
 lationem undecim dierum Judæi adhibuerunt, ut annum Lunarem Solari equarent. De nu-
 mero duodecim mensum nullus ambigendi locus relinquitur legenti Caput quartum Danielis,
 Caput tertium Esthere, & Caput quartum libri tertii Regum, ubi de duodecim mensibus
 expressa mentio. Annum naturalem incipientem a mense Septembri habes ex Capite vigesimo
 tertio Exodi, & institutionem Sacri ex Capite duodecimo ejusdem libri.

De Intercalatione apud Hebræos usitata.

Quod attinet ad intercalationem a Deo non præceptam, a Prophetis tamen usurpatam, so-
 cua-

cundo, & quarto quoque anno eam Judæi inseruerunt post mensem duodecimum ab ipsis **אדר** Adâr, hoc est Februarium, appellatum. Quamobrem alternis vicibus propter quadrantem decimus tertius mensis dicitur **ואדר** Vaadâr ex diebus viginti duobus, & viginti tribus consistabat. Annus communis vocabatur **שנה פשוטה**; annus vero intercalaris **שנה עוברת**. De intercalatione hæc habet Carolus Sigonius de Republ. Hebræorum lib. 3. cap. 1. De intercalatione non extat præceptum in Lege ullum; verum Interpretes asserunt, eam necessariam fuisse, ut conservaretur ratio mensium, quia nova semper Luna exoritur; & Paschæ, quod quarta decima die primi mensis celebrari oportuit paullo ante mensem; & Tabernaculorum, quæ perfecta vindemia celebrari Deus præcepit. Eos vero dies Judæi interposuerunt secundo, & quarto quoque anno post mensem duodecimum, qui dicitur *Adâr*. Itaque eum mensem tertium decimum vocant *Vaadâr*, quasi alterum *Adâr*, dierum viginti duorum, & viginti trium, vicibus alternatis, habita ratione quadrantis. Fiebat autem anni intercalatio per **אב בית דין** Synedrîi Præsidentem, sine quo annus intercalari non poterat, licet ad hanc rem Synedrîi collegæ eligerentur, qui neque minores tribus, neque plures septem eligebantur. Nomine Præsidis Synedrîi ad Judæos procul degentes epistolæ mittebantur, per quas de intercalatione, & ejusdem causis certiores ferent. **קראים** Karæi volunt, intercalationem, stante Templo, fuisse factam a Pontifice Maximo, & reliquis Sacerdotibus, aut Propheta: reliqui Judæi id negant. Negant autem, interfuisse Concilio de intercalatione faciendâ Pontificem, quia per eam **יום כפורים** dies Expiationis in tempus hyemi propius incidebat. Synedrîi autem Præsides pro arbitrio deligebat nonnullos ad intercalationem faciendam, quibus ajebat. Curate, ut parati sitis in loco illo, ut delibemus, & consilium ineamus, utrum annus intercalaris constituendus sit, an non. Ex *Majmonide* De consecratione Calend. & de ratione intercalandi neque Rex, neque Summus Sacerdos ad hanc deliberationem unquam admissus fuit, ille quidem, ne forte propter belli administrationem, vel delectum habendum convocatos cogeret ad alterutram partem intercalandi, vel non intercalandi; hic vero, ne ab intercalatione removeret sui commodi gratia, ne nimirum propter intercalationem mensis Septembris in dies argentes incidere, quibus diei Expiationis ritus ab eo erant peragendi.

De **משנה** *Misnâ* altera Talmudis parte.

משנה *Misnâ* est una ex præcipuis partibus Talmud, quarum altera est **גמרא** Ghemârâ. Itaque **משנה** *Misnâ*, sive **תורה שבעל פה** est Lex, quam Judæi a Deo Mosi in monte Sinai ore traditam dicunt, & a Mose per traditionem integram, atque incorruptam usque ad tempora Antonini Imperatoris servatam credunt. Cum vero R. Jehudâ inter Hebræos
sa.

*sapientissimus, ne paulatim oblivioni tradita periret, eam ex schedulis omnibus, quibus memorie causa continebatur, collectam anno Christi centesimo quinquagesimo litteris mandasset, Judæi omnes tum terram Sanctam, tum Babyloniam incolentes eam sibi sancte, religioseque servandam decreverunt. Altera Talmudis pars גמרא Ghemarà dicta est supplementum, si-
ve commentarium quoddam variis temporibus a Rabbiniis ad explicandam legem ore traditam compositum, & nonnullas Disputationes inter Judæos habitas complectens. Plura de Talmu-
de vide in Disputatione huic Lexico premissa.*

שׁ Abbreviatura. Idem ac ששה סדרים Sex ordines, sex partes Talmudis. Hoc nomine ab Hebreis Talmud solet appellari, ut בשם in Talmud, שבשם quod in Talmud &c. In Jonathanis Targum legitur כל קבל שית סררי מתניתא juxta sex ordines Traditionum Talmudicarum Exod. 26. 9. Nam מתניתא idem est, ac משנה Traditio, Lex secundaria, & doctrina, quæ in Talmude continetur.

שסה Non est proprie Abbreviatura, sed litteræ numerales sunt, quæ valent 365. quo numero designantur præcepta Legis negativa. Ex תורה Lege enim Rabbini 613. præcepta eliciunt, de quibus in Tractatu מכות cap. 3. extat Traditio. חריג מצות נאמרו לו למושה בסיני שסה לאוין כמניין ימות החמה: רמח עשיים כנגד איברוי של אדם: אמר רב המנונא: מאי קרא תורה צוה לנו משה מורשה תורה בנימטריא b. e. Præcepta 613. dicta sunt Mosi in Sinai; 365. negativa, juxta numerum dierum Solarium: 248. affirmativa, juxta membra hominis. Dixit Rabbi Menunnà. Qua Scriptura id probatur? תורה Legem præcepit nobis Moses hæreditariam. Deu-

ter. 33. 4. ubi תורה per Gematriam (Cabala speciem) est 613. R. autem Salomon ad hunc locum inquit. Præcepta affirmativa sunt 248. quia unicuique membro dicitur; fac, serva præceptum; præcepta autem negativa sunt 365. quia singulis diebus homines monentur, ne mandata Dei transgrediantur.

שלחן ערוך שׁ Abbreviatura. Idem ac שׁלחן ערוך Est nomen libri, Juris utriusque decreta, & constitutiones complectens. 2. של עולם Mundi. Solet precedere רבון, vel רבוננו. 3. שמיני עשרת Octavus dies interdicti, vel operæ prohibita. Hoc nomine vocari solet dies octavus tum Festi Pasche, tum Festi Tabernaculorum, cum uterque sacer sit, & in eo omnia opera servilia vetita.

שעבר Servituti subjecit; oppressit, subegit. השתעבר obligari, obligatum esse. השתעבר subditus, subiectus. השתעבר subjici, subditum esse. שעבור servitus, subiectio: cautio, obligatio in materia juris.

שחור על שׁ Abbreviatura. Idem ac שחור על הלבן נגר לחרפן Nigrum super albo est memoriale desolationis, videlicet Templi,

Urbis Hierosolymitanæ . Cum autem ex Psalmo 137. v. 5. 6. teneantur Hierusalem semper meminisse : **אם אֲשַׁכַּח יְרוּשָׁלַיִם** תשכח ימיני ; תרפק לשוני לחכי אם לא אֲזַכְרֶנִי אם לא אעלה את ירושלים על ראש שמחתי ; *h. e.* Si oblitus fuero tui Hierusalem, oblivioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ : ideo parietibus albis ædium, vel Synagogarum in medio nigri orbis, aut alterius figuræ hanc *Abbreviaturam* **שעוהל** inscribere solent, ut intuentium oculi facilius ad eam legendam convertantur.

שְׂעוּה Cera. *Hebraice* דוֹנָג. **שְׂעוּה** Cera. Genes. 43. 11. *Jonathān* transfert **שְׂעוּה**. Itaque **שְׂעוּה**, & **שְׂעוּפָה** idem esse videntur per commutationem affinium in pronuntiatione litterarum. *Ei in Hebræo* respondet נִכְאָת, quæ dictio & a R. Salomone, & ab Hebræis Germanis cera exponitur ; ab aliis explicatur balsamum.

שְׂעוּפָה Balsamum, opobalsamum. **שְׂעוּר** Æstimare, putare, conjicere. *שְׂעוּר* conjectura. *Hinc* הִשְׂעוּר Caph conjecturæ, quando sc. significat fere, quasi, quodammodo. *Item* mensura, æstimatorio. *Juxta* מְשׂוּרָה juxta mensuram, vel æstimationem, quasi. *כוח* הַמְשָׂעֵר virtus æstimatoria, divinatoria.

Idem ac **שְׂעוּה פְּרוּטָה** Pretium æquum Prutæ, sive pecuniæ. *Pruta est moneta, de qua vide hujus Lexici pag.*

654. *Quare per synecdochen adhibetur pro pecunia.* **שְׂוָה** autem æquum, æquale, ac propterea æquo pecunia pretio responderet.

שְׂפָה Tranquillum, quietum esse : teri, atteri : sensim effundere : *de vino* percolare ; radere, fricare, polire. **שׂוּפִי** quies, tranquillitas. **פְּשׂוּפִי** quiete, facile, tranquille : acetabulum femoris *Talmudicis*. **שְׂפִי** contritus, luxatus, claudus. *R. Abèn Ezrà* clivus. **שְׂפּוּי** ramentum dolabræ, vel runcinæ. **שְׂפּוּי** declivitas : epiglottis. **שְׂפָאָה**, **שְׂפִיָּה** expositio, ratio : claudicatio, luxatio pedis. **שְׂפִיפָה** Sciphà. *Moneta antiquæ nomen, ita dictæ, quia adeo usu attrita est, ut vix imago, figura, & inscriptio agnosci possit.* **שְׂפּוּיָן** placenta mellita. **שְׂפּוּחָה**, **שְׂפּוּחָתָה** contritio, conculcatio. **שְׂפּוּי** tranquillus. **שְׂפָאִי** οἶνοπώλης, caupo, vinum vendens.

שְׂפֵט Judicare, jus dicere. **מִשְׂפָּט** judicium, ratio, modus, ritus : jus : proprietas, propositio apud Logicos, definita, & certa loquendi ratio. *Hinc* הַמִּשְׁפָּט יֵשׁ לוֹ שְׁנֵי חֵלְקִים הַנּוֹשֵׂא וְהַנְּשׂוּא *h. e.* propositiois duæ sunt partes, subjectum, & prædicatum. **מִשְׂפָּט הַשׁוֹלֵל** propositio negativa. **מִשְׂפָּט מַחִיב** propositio affirmativa. **מִשְׂפָּט הַמּוֹחֵלֵט** propositio absoluta. **מִשְׂפָּט מְהוּפָּךְ** propositio conversa. **מִשְׂפָּט סְתָמִי** propositio absoluta, sive indefinita. **מִשְׂפָּט הַמְּשַׁטֵּי** propositio individui. **מִשְׂפָּט הַמְּשַׁטֵּי** propositio particularis. **הַנְּמַנְעִים** propositiones impossibiles. **הַמְּשַׁטֵּים הַמְּתַהַפְּכִים** propositiones contra-

trariæ. ההכרחיים המשפטים propositiones necessariæ. כוחרים המשפטים propositiones contradictoriæ. המתנגדים המשפטים propositiones oppositæ, sive repugnantes.

שפמן Stultus, amens, fatuus, infanus.

שפך Fundere, effundere. משפך clepsydra. שפכין canales. שפיכות effusio: מי שפיכות aquæ effusionum, aquæ pollutæ. שופכין matulæ. משפך infundibulum: clepsydra.

שפל Humilis, inferior, infimus, abjectus, vilis. שפל idem.

שפע Influentia, influxus: redundantia. השפיע affluere fecit: infudit, abunde contulit. משופע declive. שפע declinare, descendere. שפוע declivitas, descensus. בשופע affluenter, abundanter, copiose, cumulate.

שפף שפישף Conterere, calcare, conculcare. Item confricare, polire. שפשוף שפפיתו confricatio, frictio, comminutio.

שצ Abbreviatura. Idem ac צבור Nuncius, legatus, minister Synagogæ, ædituus. Ei preponuntur serviles, ut ושצ, כשצ.

שבתאי Abbreviatura. Idem ac שצם הנכל שצק מאדים המה נונה כוכב לבנה Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Sunt septem Planetarum nomina apud Astronomos.

שקר Vigilare, attentum, assiduum esse, diligentem in re aliqua, lucubrare. השתקר idem. שקירה assiduitas, di-

ligentia, vigilantia, alacritas. R. Levi Prov. 31. 4. רוב העסק עם הנשים ישיר על החכמה h. e. Frequens conversatio cum mulieribus depellit hominem a studio sapientiæ. Vide, que, & quanta cautio in verbis, & operibus tibi adhibenda sit, dum earum familiaritate uteris.

שקרן Vigil, sedulus, diligens, attentus, industrius, assiduus.

שקור Idem.

confecta ex capite filii primogeniti mactati, sale, & oleo conditi, ejus ori laminam auream Demonis nomine inscriptam fuisse insitam, lampades coram eo fuisse accensas, & consulentibus per Dæmonem datum responsum. Hujusmodi Teraphim volunt, Labani a filia Rachele surrepta fuisse, ne divinare posset, quo fugisset cum viro suo Jacob. Sed cum hæc omnia fabulam redoleant, & ex Hebræicarum traditionum colluvie videantur hausta, satius est cum Hottingero dicere, תַּרְפִּים Teraphim fuisse statuas hominis imaginem referentes ad certum Stellarum, seu Astroorum influxum compositas. Plura de Teraphim vide pag. 759. 760.

תַּרְיָי Solvere, explicare questionem dubiam, aut objectionem contrariam. תַּרְיָי solutio, explicatio: responsio ad argumenta objecta. תַּרְיָי & תַּרְיָי respondens, explicator quaestionis: solvens objectionem. תַּרְיָי Abbreviatura. Idem ac תַּרְיָי Veni, audi. Sæpe in Talmude occurrit, adhibeturque, cum responderetur objectioni.

תַּרְיָי תַּרְיָי Abbreviatura. Idem ac תַּרְיָי תַּרְיָי Lex ore tenus tradita. Patrum traditiones ita appellantur.

תַּרְיָי תַּרְיָי Abbreviatura. Idem ac תַּרְיָי תַּרְיָי Responsiones Simeonis filii Tzemach. Auctor hic librum inscriptum שְׁאֵלוֹת וְתַשְׁבוּבוֹת Quaestiones, & Responsiones exaravit, qui per Abbreviaturam ita solet citari. De eo mentio fit in יוּחַשִׁין Juchasin fol. 134.

תַּרְיָי תַּרְיָי תַּרְיָי Per hæc tria sym-

bola clangor in Festo Tubarum edendus designatur. Itaque primo ראש השנה Novi Anni die a cornicine ter cornu inflatur sonis distinctis. Eduntur enim primo soni a prima Abbreviatura indicati, videlicet תקיעה sonus fixus, & æqualis, שברים fractus, תרועה mixtus; secundo, qui a secunda Abbreviatura ostenduntur, nimirum תקיעה sonus fixus, & æqualis, שברים fractus, & תרועה sonus fixus, & æqualis; tertio תקיעה sonus fixus, & æqualis; תרועה mixtus, & תקיעה sonus fixus, & æqualis. Id diligenter animadvertendum, ex תרועה primam litteram non esse desumptam, sed secundam. Id autem ideo factum, ut hac dictione תקיעה distingueretur, incipiente etiam ipsa a littera ת. Sole enim primæ litteræ solent Abbreviaturas proprias, & perfectas significare.

תש Debilitari, infirmari, languere. *Active* תש debilitavit. תשי debiles, infirmi, prostrati. *Constr.* תשי prostrati viribus.

תות Morus arbor. *Plur.* תותי mori.

תות *pro* תחות Sub, pro.

תיתרא Pons latus ex multis asseribus confectus. In Menachot fol. 35. mentio fit de Ponte lori-precum his verbis. תיתרא רתפלין תיתרא למשה מסיני תלכה Pons lori-precum Traditio est Mosis de monte Sinai. In loco isto Precum (vocatur תפלין Tephillin, de quibus vide pag. 418.) est capsula lata confecta ex corio in cellulas nonnullas separata, in quibus textus nonnulli מקרא Sacrarum litterarum abditii sunt, quatuorque latitudines intersunt, singula ponticulum, sive asserem fossæ imminentem referentes. Hinc ab Hebraeis inditum Pontis nomen.

תת Abbreviatura. Idem ac תורה תלמוד תורה Studium Legis. Cum servili בתת in studio Legis. 2. תפארת Decus. Est una species ex עשר ספירות b. e. decem numerationibus Kabbalisticis, de quibus vide Disputationem huic Lexico præmissam. 3. תלמיד תורה Discipulus Legis, Theologiæ studiosus. Hoc nomine prisca Hebræi potius se vocari mauerunt, quam חכמים Sapientes.

תושלבע

Hoc est.

תם ונשלם: שבח לאל בורא עולם:

Absolutum, & perfectum est. Laus fit Deo Creatori Mundi.

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Ut Tyrones legendis Rabbīnorum libris, qui sine punctis, sive vocalibus cum solis litteris consonantibus exarari solent, multisque Abbreviaturis referti sunt, paulatim assuescant, placuit hæc addere, per quæ a Præceptore prius quasi manu ducti sine cortice nare addiscant, seseque sine periculo per Syrtes etiam, & brevīa quibuslibet fluctibus alacriter committere.

Cum ad capiendos, detinendosque hominum animos Fabulæ a Poëtis excogitatæ sint, & ab Historicis præclara rerum gesta memoriæ mandata, ut iis quasi quibusdam lenociniis ad virtutem impellerentur, & a vitiis abducerentur, juvat ad alliciendos Philo-Hebræos, & Tyrones excitandos admodum lepidam, Milesiosque omnes sermones longe superantem fabellam iis proponere, ex cujus lectione eodem tempore & jucunditatem, & emolumentum percipiant. Fabularum enim *Duplex dos est; quod visum movent, Et quod prudenti vitam consilio monent, Sic corrigatur error ut mortalium.* Non desunt sane inter Judæos, qui totam hanc narrationem inter veras Historias potius, quam inter ludicras, & ridiculas nœnias recensendam existiment; sed iis facile venia danda est, cum inter Christianos ipsos eæ nonnullorum de Angelis, & Dæmonibus opiniones extiterint, quæ prudentum, & cordatorum virorum cachinnis excipiuntur. Hoc certe affirmare possum, Abrahamum Majemonidem, cum in ipsam Arabica Lingua exaratam forte incidisset, tanta ejusdem dulcedine, & jucunditate captum fuisse, ut nulla ratione sibi temperare potuerit, quin eam ad Hebræorum voluptatem, & fructum in Hebraicam Linguam converteret. Quis, & quantus vir fuerit Abrahamus iste, liber יושבין *Juchasin* plane ostendit. Illud unum in præfens satis sit, Mosis Majemonidis Hebræorum præconio uno Mose Legislatore inferioris filium eum extitisse, qui paternis vestigiis insistens & ipse inter cæteros Rabbīnos doctrina longe eminuit, & Discipulos inter suos summos, & celeberrimos habuit. Itaque Majemonidis Junioris exemplum secutus Commentum istud Latinitate donatum omnibus exhibeo, ea spe fretus, nonnullos saltem futuros, quibus placebit, quique sibi dictum arbitrabuntur, quod Plinius Secundus Maximo suo olim graviter inculcavit. *Sit apud te honor Antiquitati; sit ingentibus Factis; sit Fabulis quoque, aures tantummodo prius Lectoris vellens, & illa Phædri, quæ nostra facimus, subjiciens:*

Induxi te ad legendum: sincerum mihi

Candore noto reddas judicium, peto.

Dona igitur, monente mecum Horatio, præsentis cape lætus horæ, ac

Lingue severa.

מ ע ש ה

שהעתיק ר' אברהם מיימון ז"ל
בלשון הקדוש מלשון ערבי:

HISTORIA,

QUAM EX ARABICA IN SACRAM HEBRAICAM LINGUAM
VERTIT R. ABRAHAM MAJEMONIDES FELICIS MEMORIÆ.

מ ע ש ה

HISTORIA.

Admonentur Homines, Jusjurandum religiose servandum esse.

I.

היה אדם אחד סוחר שלא היה לו אלא בן אחד ולמדו תורה ומשנה ושיתא
סדרו תלמוד ונתן לו אשה והוליד בנים כחיו: וביום מותו קבץ זקני
עירו ואמר להם: דעו שיש לי נכסים רבים ויש לאשתי עלי כתובה ממאה
סלעים כסף כמו שכתוב בשטר כתובתה וכל השאר יהיה לבני אם ישמור מצותי
שאני מצוה אותו בפנים: ואם שמא יעבור על צואתי הנני מקדיש מעכשיו כל
נכסי לשמים ולא יהא מהם לבני כלום: מיד קרא לבני ויצוה בפני זקני עירו
שלא ילך ביום לעולם כל ימי חיו ואמר לו: בני הוי יודע כי מל נכסי ומה שיש לי
הרוחתי במהלכים שעשיתי ביס: וכמה מאורעות וכמה נסיונות עברו עלי ביס
בבקשה ממך שלא תסכן עצמך כדי להרויח נכסים ביס: כי אני מניח לך נכסים
לרוב שאם אפילו לעולם לא חרצת להרויח יספיקו לך ולבניך כל ימי היותכם
על הארצה: והנני חפץ שתשבע לי בספר התורה שלא תעבור רצוני ומצותי בזה
לעולם שנכסים רבים אני מניח לך שתוכל להחיות בהם במקומך: ואם תעבור
מצותי זו הנני מקדיש כל נכסי לשמים בפני אלו הנכבדים שלא תוכל ליהנות
מהם: ונשבע לו הבן על הדבר בפני הקהל וזקני העיר שלא יפרוש ביס
לעולם: לימים יפטר הזקן הסוחר והלך לבית עולמו והבן עמד לביתו ושמר
מצות אביו:

Fuit

Fuit homo quidam mercator, habens tantummodo filium unicum : hunc probe erudi curavit in Sacris litteris, libris *δατρώσεων*, & sex Talmudis Ordinibus : dedit ei insuper uxorem, ex qua liberos suscepit, patre superstiti. Cum vero mortis fatalis dies patri immineret, primores urbis suæ convocat, & ait illis. Scitote, mihi ingentes opes esse, & uxori meæ me teneri solvere dotis loco argenti pondo centum, sicuti in instrumento ejus dotali scriptum est (*hec illi pendi velim*) reliqua omnia filii sint, dummodo mandatum meum ferver, quod vobis præsentibus ei sum præcepturus. Quod si vero illud violabit, ecce nunc omnes facultates meas devoveo, nec filio meo quidquam ex illis obtingat. Mox, accito ad se filio, coram primoribus urbis hoc ei edicit, ne umquam tota vita mari se committat, inquiens. Fili mi, noveris, me sane omnes meas divitias, totamque rem familiarem acquisivisse maritimis, quæ feci, itineribus. At quia multi atroces casus, variaque discrimina me in mari navigantem pene oppresserunt, enixe a te peto, ne periculo te exponas, ut quæstum in mari facias. Abunde enim divitiarum tibi relinquo, ut, etiamsi numquam animum ad lucrum sectandum applices, suffecturæ eæ tibi sint, liberisque tuis, quamdiu in hoc orbe vitam egeritis. Volo igitur, ut jusjurandum mihi des sub Legis Divinæ religione, te hanc meam voluntatem, mandatumque nullo umquam tempore violaturum; quippe satis amplum patrimonium ad te transfero, ut, pro conditione tua, vitam tolerare queas. Quod si præceptum hoc transgredieris, ecce coram his viris honestissimis omnes facultates meas in *Δωρον*, & *Κορβάν* devoveo, ne ulla utilitas ex iis ad te redundet. Quamobrem filius coram magno civium numero, & urbis primoribus in eam sententiam conceptis verbis jurat, numquam se navigationem initurum. Aliquot interjectis diebus, moritur senex mercator, abique ad plures, filius vero ædes illius occupat, tenaxque est præcepti paterni.

I I.

ולסוף שנה ושנתיים באה ספינה אחת לאותו נמל של אותה העיר והיחה אותה ספינה טעונה כסף זהב ומרגליות וכשיצאו אנשי אותה ספינה ליבשה שאלו על אותו הסוחר אם היה בחיים; ואמרו להם אנשי העיר כבר מת ונשאר בנו במקומו עשיר גדול ותלמיד חכם; אמרו אנשי הספינה: בבקשה מכם הביאוהו לכאן או הראונו ביתו: הראו להם ביתו ושאלו בשלומו ואמרו לו: אתה הוא בנו של פלוני הסוחר הגדול שהיה רגיל לפרוש בים ושהיה הולך בסחורה רבה לסוף העולם; אמר להם אני הוא בנו: אמרו לו אך אמור צוה אביך שהיה לו בעבר

הים מנכסים ופקדונות כשנפטר מן העולם: אמר להם: לא כתב בצואתו שיהיה לו כלום בעבר הים: רק השביעני אבי וצוני שלא לפרוש בים לעולם: אמרו לו אב שלא הגיד אביך על מה שהפקיד או על מה שהניח בעבר הים לא מת ברעתו: כי ידוע תרע שבל הספינה שבאנו בה שהיא מלאה כסף וזהב ומרגליות הכל משל אביך היא שהפקיד לנו: ואם היות שמת אביך לא נכפור אנחנו בפקדונו מלתת אותו אליך אעפ שלא צוה כך כי אנשים נאמנים אנחנו ויראת השם עלינו ואין אנו חומדים ממונך כי יש לנו כל תהלה לאל: ועתה בא עם עבדיך אלה וקח כל מה שיש בספינה שהכל שלך: כשישמע בן הסוחר כך שמת מאד בלבו והלך עמהם והביא כל אותו ממון לביתו והכניס אנשי הספינה בביתו ועמדו עמו ימים במשתאות ובשמחות: ליום אחד אמרו לו אנשי הספינה: יודעים היינו באביך שהיה איש חכם ונבון אמנם נראה לנו שלא היה ברעתו לשמת וכאשר השביעך שלא לפרש בים: ובאמת תרע שאין ממש לאותו שבועה כי היה לאביך נכסים בעבר הים יותר עשרה פזמים שלא הביאנו לך ואיך היה משביעך שתאבד כל אותם נכסים אלא שהיה מטורף ברעתו: רק אם תשמע אותנו קח רשות מהמלך והחכמים ובא עמנו ונקנה מן הסחורות המתבקשות בארצנו וחרויה בהם ממון גדול ותביא עמך כל הממון שהניח אביך בארצנו ובמקומינו: ענה להם אני נשבעתי לאבי שלא אכנס בים לעולם ולא אעבור על שבועתי ולא על מצותו כי אבי השביעני ברעתו ומה שלא הוריעני על אותן הפקדונות ועל כל אותן הממון שהניח לשם נתכוון ברבר שלא אכזב עצמי ועל זה לא רצה לגלות לי הדבר: וכיון שכך הוא אשמור מצותו ושבועתי שנשבעתי לו: אמרו לו וכי היה אוה אותך יותר מגופו שכך עצמו כמה פעמים אין הדבר כך כמו שאתה אומר אלא שהיה מטורף ברעתו ולכן אין במצותו מימש כי לא ברעת היה מרבר ובלי רעת השביעך: לכן טוב לך לישראל היתר בשבועתך בטענה זה: סוף הדברים שהכבירו עליו בדבריהם עד שהוציא אותו מדעתו והורד ללכת עמהם כדי להוציא הממון:

I I.

Post annum unum, aut alterum adventat navis quædam in illius urbis portum, argento, auro, & unionibus ornata; cumque vectores in terram descendissent, quarunt, num ò δειν mercator adhuc vivat? At responsum accipiunt ab incolis, jampridem ipsum mortuum esse, reliquisse vero filium successorem, virum ditissimum juxta, eruditissimumque. Tum nautæ. Quæsumus vos, huc illum deducite, aut ostendite nobis ejus ædes. Facto ædium indicio, (*intran̄t has nautæ*) & salvere jussu patrefamilias, inquirunt. Tunc filius es τὸ δειν mercatoris opulenti, qui mare peragrabat, mercesque varias deportabat ad ultimas usque orbis oras? Respondet homo. Ego is ipse sum.

Re.

Reponunt navicularii. Si res ita habet, dic, ullam ne moriturus pater mentionem fecit opum, & facultatum, quas trans mare possidebat? Ait ille. Non indicavit supremis verbis, se quidquam trans mare habere. Quin potius jusjurandum præstare me coegit pater, & mandavit, ne umquam mare ingrederer. Subjiciunt nautæ. Si hæc vera sunt, neque significavit tibi pater quantam pecuniam fœnori dederit, quantumque rei teneat trans mare, non is mentis suæ compos fato functus est. Oportet enim scias, totam navem, qua huc vecti sumus, & quæ argento, auro, atque unionibus refecta est, patris tui bonis onustam esse, quæ ipse apud nos deposuit. Etsi vero pater tuus diem supremum obiit, non tamen inficiabimur ejus depositum, ne illud in manus tibi tradamus, quamquam mandatum illius nullum hac de re extat. Etenim viri probi sumus, Deumque veremur, nec tuas opes desideramus. Nam, Deo gratiæ sint, rebus omnibus abundamus. Quare adi cum servis tuis navem, & cape quidquid ibi est mercium pretiosarum: tuæ enim sunt universæ. Hæc cum audivisset mercatoris filius, valde animo lætatus est, illosque comitans omnes merces in domum suam intulit, nautasque in ædes suas recepit, qui dies complures in conviviis, & hilaritatibus cum eo transegerunt. Horum uno dicunt illi navicularii. Nos novimus, patrem tuum sapientia præstitisse, prudentiaque: idcirco nobis videtur, non fuisse eum sibi præsentem, cum moreretur, cumque jusjurandum a te exigeret, te mari peregre iter non facturum. Pro certo igitur hoc tibi habendum, nullam vim illi jurijurando inesse. Pater enim tuus decuplo majores opes trans mare possidebat, quam nos ad te attulimus. Quomodo igitur jusjurandum a te requirere poterat, ut omnes illas facultates defereres? Fuit ergo mente captus. Hinc, si nos audire voles, pete a Rege, & Sapientibus jurisjurandi veniam, &, agedum, nobiscum proficiscere. Ememus hic merces, quæ in nostris regionibus desiderantur, atque ex iis lucrum ingens capies, tecumque asportabis omnia bona, quæ reliquit pater tuus in urbe, & regione nostra. Ad hæc ille. Ego jusjurandum dedi parenti, me numquam mare ingressurum; illud jusjurandum minime violabo, nec transgrediar præceptum ipsius. Pater enim sibi præsentissimus hoc jusjurandum a me exegit; quod vero depositorum illorum, opumque, quas isthic reliquit, nullum mihi fecit indicium, eo ipso id intendebat, ne periculo me exponerem, & ob hanc unam causam rem manifestare neglexit. Quæ cum ita se habeant, servabo illius mandatum, meumque jusjurandum, quo me ei obstrinxi. Subjiciunt navicularii. Cum ipse te magis amarit, quam vitam suam, tuique causa tot discrimina adierit, fieri non potest, ut ista revera ita sint, sicuti dicis, sed impos mentis fuit, & proinde nihil firmi inest mandato ejus. Amens enim locutus est, & amens te jurare coegit. Quare optimum

sue.

fuerit, ut ex argumento hoc jurisjurandi veniam petas. Ut paucis me expediam, tamdiu verbis suis illum utferunt, donec a proposito eum abstraxere. Itaque in profectiorem ad opes suas petendas consensit.

I I I.

מה עשה: קנה שחורה ונכנס עמהם בספינה והלכו להם יחד: ומיד שהיו בים הגדול הכירו לשם שעבר על שבועתו ועל מצות אביו: כי השם השליך סערה על הים והאניה נשברה נטבעו כל האנשים שהיו בה על שנחננו לו עצה לעבור על שבועתו ועל מצות אביו: ורמו הקבה לשרו של ים והשליך האיש ההוא אל היבשה ערום ויחף לסוף העולם במקום שלא היה שם מושב בני אדם כדי שיכבול דינו על חטאיו בחיים: וכשכא אל היבשה וראה את עצמו ערום ויחף הכיר שהשם רגז עליו וכי בא יום אידו: ונשא עינו למרום והצדיק עליו את הדין: והחל ללכת על שפת הים אולי ימצא עוד מושב או שימצא מה יאכל ומה יתכסה: כי ערום היה כאשר יצא מבטן אמו: ואחר שהלך כמהלך יום אחר מצא אילן אחד שהיו ענפיו על שפת הים: וחשב בלבו: זה אילן אי אפשר שלא נטעוהו בני אדם: הלך למצוא אוכל והחשיך לו ולא מצא כלום: כשראה שלא מצא דבר מה יאכל ולא במה יתכסה יתכסה בענפי האילן הרקים ובעליו כדי להיוותם מגינים לו מקרח הלילה: וכשהיה בחצות הלילה שמע קול ארי נוהם וראה שהיה בא אליו לאכלו וכשראהו פחד לנפשו מאד שלא יאכלנו הארי על שלא שגר מצות אביו ועל שעבר על שבועתו: והרים קולו בבכי והתפלל לשם להצילו ושיאריך חמתו ואפו עמו ושלא יפרע ממנו להמיתו במיתה משונה: ומה עשה: אחו בענפי האילן ועלה למעלה בסנסניו וכשבא הארי לא מצאו וחזר לאחוריו: והאיש ההוא נתן אודאה לשי כשהצילו מיד הארי ההוא:

I I I.

Quid igitur fecit? Emit merces, atque navem cum illis conscendit, simulque abierunt. Ubi autem in altum delati sunt, illico agnoverunt, ipsum & jurisjurandi religionem, & patris præceptum violasse. Numen enim ventò vehementissimo mare turbavit adeo, ut navis frangeretur, omnesque, qui ea vehabantur, suffocarentur, quia auctores fuerant filio mercatoris, ut jusjurandum, præceptumque paternum negligeret. Cæterum maris præfectus Genius Numinis supremi imperio illum perjurum nudum, & sine calceis extrusit ad ultimas orbis plagas in locum a nullis hominibus habitatum, ut vivus peccatorum pœnam lueret. In terram igitur delatus, cum se nudum, & sine calceis conspexisset, facile intellexit, iratum sibi Numen esse, & exitii sui diem venisse. Sublatis igitur in Cælum oculis, fateri cœpit, hæc sibi jure obtigisse. Cum autem in

maris littore obambulet, quærebat homines, & aliquid, quod manducaret, & quo se tegeret. Non minus enim nudus erat, ac si ex materno utero egressus fuisset. Postquam autem totum diem circumvixit, defertur ad arborem quamdam ramis suis littus obumbrantem. Quare secum animo reputat. Fieri non potest, quin arborem hanc homines plantaverint. Itaque scrutatur, utrum aliquid ad comedendum invenire possit, verum frustra, & tenebræ insuper ingruebant. Cum ergo nihil neque ad comedendum, neque ad se tegendum invenisset, arboris teneræ frondibus, foliisque ejus se operuit, ut adversus frigus nocturnum tutamen haberet. At circa noctis medium audit vocem leonis rugientis, videtque illum accurrentem ad se devorandum. Cum eum conspexisset, vehementer metuebat, ne leo ob violatum præceptum paternum, & jusjurandum se dilaniaret. Itaque amare cœpit flere, Deumque orare, ut sibi succurreret, secumque misericorditer agere dignaretur, nec mortis sævæ supplicio in se animadverteret. Quid igitur facit? Apprehendit ramos arboris, & tuberibus illius adjutus eam ascendit, atque ita, cum adventans leo eum non invenisset, recessit, & homo ille Deo benedicto gratias egit, quod se a leone liberasset.

I V.

חשב בלבו הבחור ההוא לעלות עוד באותו האילן אולי ימצא בו דבר לאכול כי היה רעב מאד: וכשהלך באילן מצא עוף גדול ושמו קיפופא: וכשראהו פתח את פיו לאכלו: והבחור ההוא רצה לברוח ונתן השם רוח חכמה בלבו ועלה ורכב על העוף ההוא: וכיון שרכב עליו נפל פתחו על אותו הקיפופא ולא נע ממקומו כל הלילה: והבחור הזה הוא ירא מאד ממנו והיה אוחז בשתי ידיו בנוצתו ולא היה יכול לרדת מעליו: וגם הקיפופא היה ירא יען שלא היה יודע מי הרוכב עליו: ושעלה עמוד השחר הביש הקיפופא וראה האיש והוסיף לירא מפניו ויעוף בחמה ופתח כל היום עד לעת ערב והעביר לו את היום ונשאנו עד מקום אחד לסוף העול כשתיה רואה את היום תחתיו היה ירא מאד והיה מתפלל לשם להצילו:

I V.

Postea constituit is homo secum, altius in arborem evadere, si forte aliquid ad comedendum offendere posset, cum magna fame laboraret. Itaque sic pergens incidit in avem pragrandem, cui Bubo nomen. Ea, viso homine, os aperuit ad illum deglutendum. Cum autem homo fugam meditaretur, Numen ei sapientiam indidit, ut in avem infliret. At Bubo, conspecto hoc sessore, formidine correptus est, neque tota nocte loco se movit. Interea homo sibi quoque metuebat utraque manu pennas arcte tenens, nec

valens amplius descendere. Bubonem quoque pavor corripuerat, cum nesciret, quis dorso insideret. Diluculo exorto, retro spectat Bubo, visoque homine, majorem metum concepit, iratusque æque, ac pavidus tota die ad vesperam usque circumvolitat, & mare trajiciens hominem in locum quemdam in extremis orbis finibus situm deportat, qui cum vidisset sub se mare, valde timuit, Deumque enixe obsecravit, ut se a periculo eriperet.

V.

כשהיה לעת ערב עבר אותו קיפופא על מדניה אחת ונתקרב לארץ ושמע האיש ההוא קול נערים שהיו קוראים בסדר ואלה המשפטים כי תקנה עבד עברי: וכששמע כך אמר בלבו: בודאי יש במדינה זה יהודים: אשליך עצמי לשם ואיפשר ירחמו עלי ואנצל אם אמכור עצמי לעבד עברי להם: מה עשה: השליך עצמו ונפל על שער בית הכנסת של אותה עיר ואוחז הקיפופא הלך לדרכו: והאיש כשנפל לא היה יכול לקום עד ב שעות כי כמעט שנתרסק אבריו מכה הנפילה ועל שהיה חלש שלא אכל ב ימים: ואחרי כן קם על רגליו והלך עד שער בה ומצאו סגור צעק: ואמר פתחו לי שערי צדק: יצא נער אליו ויאמר לו: מי אתה: אמר לו: אנכי עברי ואת השם אני ירא: הלך הנער אצל רבו וצוהו לפתוח לו הרלת: וכשראהו ערום הגיד לו את כל אשר קרהו מראש ועד סוף ואמר להם כי עברו עלי צרות גדולות: ענה לו הרב ההוא: כל מה שאירע לך הכל הוא נקל על מה שאתה עתיד לסבול כאן: אמר לו הבחור וכי אינכם יהודים ידעתי שבני ישראל רחמנים בני רחמנים הם: כש לאיש עני כמוני ריקן מכל טוב ערום ויהף: אמר לו הרב אל חרבה דברים כי אינך יכול להנצל מן המות: ענה לו הבחור ולמה ארוני ולמה תאמר כדברים האלה: אמר לו מפני שהעיר הזאת אינה של בא אלא עיר של שרים ושירותן והנערים האלה אשר אני מקרא להם בני שרים הם ועתה יתקבצו ברגע אחר להחפלה וכשיראו אותך ימיתוך: כששמע הבחור ההוא כך נבהל ונפל ונשק רגלי אותו הרב ובכה ויתחנן לו לתת לו עצה ולעזור לו שלא ימות ואמר כי היה איש יודע ספר וירא השם לולי שחטא בעצת אותם האנשים שהטעו אותו לעבור על מצות אביו ועל שבועתו: וכששמע אותו הרב כך נכמרו רחמיו עליו וענה לו כיון שאתה בן תורה ויודע ספר ואתה מתחרט על מה שעשית ראוי לחוס עליך ומאחר שנשקת רגלי והחנפלת לפני אמרח בעבורך אם אוכל להצילך:

V.

Circa vesperam Bubo in regionem quamdam defertur, ubi, ave terræ proximiorē facta, audit homo vocem legentium puerorum ex Exodi cap. 21. Cum emeris servum Hebræum.

breum. Qua re percepta, ita secum cogitatione reputat. Certe Judæi hîc degunt. Illuc me præcipitem dabo: fortasse mei miserebuntur, vitamque servabo, si me in servum illis venumdedero. Quid agit? Desultat, atque concidit ante fores illius urbis, Bubone avolante. At homo ex lapsu duarum horarum spatio non potuit sese erigere. Ob illius enim casus vim parum abfuerat, quin omnia ejus membra convulsa essent, accedente præterea bidui inedia. Tandem surrexit, & ad portam Synagogæ accessit, quam cum clausam reperisset, clamare cœpit: heus, aperite mihi portas justitiæ. Tum puer egrediens, eum interrogat: quis tu? Respondet illi: Hebræus ego sum, & veri cultor Numinis. Nec mora, refert id puer Magistro, qui fores illi pandere jussit. Magister, cum hominem conspexisset, (*querit causam, simulque narrare jubet, quomodo in illas oras delatus esset.*) Hospes igitur omnia, quæ sibi acciderant, narrat a principio ad finem, querens, maximas se perpeffum esse calamitates. Tum Magister. Quidquid adhuc sustinuisi, id totum leve est præ eo, quod hoc in loco te manebit. Ad hæc homo. An non vos Judæi estis? Atqui novi ego, Judæos misericordes esse, hancque virtutem trahere a majoribus. Tanto magis igitur miserebuntur paupereuli hominis, qualis ego sum destitutus rebus omnibus, nudus, & sine calceis. At Magister, noli, inquit, multa verba facere; etenim mortis supplicium evadere non potes. Ibi homo percontari: quare, Domine, & quam ob causam talia mihi minitaris? Respondet Magister: quia hæc urbs non habitatur ab hominibus, sed Dæmoniorum, Lamiarumque propria est, & pueri illi, quos erudio, a Dæmonibus sunt prognati, & mox aderunt ad precandum, & ubi te viderint, vita privabunt. Quæ cum audivisset hospes, magno metu perculsus est, & procidens coram Magistro, pedesque illius deosculans, flebat, & obsecrabat ipsum, ut consilium ipsi daret, atque auxiliaretur, ne in capitis discrimen incurreret, addens, se litteris imbutum esse, & Dei cultorem sedulum; peccasse vero tantummodo propter pravum consilium illorum nautarum, qui se seduxissent ad præceptum paternum, & jurisjurandi religionem violandam. Istis auditis, tanta miseratione Magister captus est, ut juveni diceret; quia Legis Divinæ, litterarumque gnarus es, & pœnitentia eorum, quæ patraisti, duceris, æquum est tibi parcere. Proinde quia osculatus es pedes meos, mihique supplicasti, tui causa enitar, ut te liberare queam.

V I.

מה עשה הרב: הביאו לביתו ואכילהו והשקהו ולן בביתו בלילה ולא הרגישו עליו השדין כל אותה הלילה: למחר בהשכמה אמר לו אותו הרב בא עמי לבית הכנסת ושום עצמך תחת כנפי ואל תדבר דבר עד שאדבר בעיניך: הוליכו לבית הכנסת ועמד תחת כנפות הרב: וכשעלה עמוד השחר באו השדים לבית הכנסת כלפיד

כלפידו אש ושמע קול ברקים מרעשים וקול זוועות: והאיש ההוא עמד מרעיד ולא נשאר רוח מרוב פחדו ויראתו: ושמע שהתחילו לומר פסוקי דזמרא כמו אם חיו בני ישראל: והיה עומד שד אחד קרוב לאותו הרב ואמר להבירו ריה בני אדם אני מריח עד שנשמע הקול ביניהם: ואמרו הנה הוא עומד בצד הרב ומולם נהגו כבוד לרב ולא קרבו אליו מאחר שהוא יושב בעד כנפיו: וכשראה אותו הרב שירדעו השרים שהאיש ההוא היה לשם מיד שהשלימו פסוקי דזמרא אמר לחזן אל תתפלל עד שאדבר דברי: מיד אמרו לו השרים רבנו דבר על עבדיך דבריך ונשמעם:

V I.

Quid agit Magister? Ducit hominem in ædes suas, eumque cibo, ac potu reficit, pernoctatque ibi hospes, neque id tota illa nocte sensere Dæmones. Mane, cum illuxisset, ait Magister hospiti: veni mecum in Synagogam, & intra pallium meum te recipere, nec quicquam loquitor, antequam tuo nomine verba fecero. Introductus in Synagogam sub pallio Magistri delitescit. Mox, exorta aurora, Dæmones Synagogam petunt, tamquam flammæ igneæ, audiebatque hospes quasi quosdam tonitruum sonitus commoventes, concutientesque. Stabat igitur homo ille formidolosus, nec fere animi quidquam reliquum habebat præ nimio pavore, ac tremore. Audiebat vero recitantes Dæmones preces solemnes matutinas, quasi essent Judæi. Interea ex Dæmonibus quidam, qui haud procul a Magistro constiterat, socio suo ait: odorem hominis ego olfacio, idque tamdiu, donec inter omnes vox hæc audita fuit. Tum cuncti clamare, ecce stat a latere Magistri. Cæterum universi id honoris Magistro tribuerunt, ut nemo hominem attingeret, donec pallio Magistri tegetetur. Ubi vidit Magister, innotuisse Dæmonibus, illic hominem esse, statim ac recitatae sunt Preces Psalmorum, ait Præcentori: noli tu porro precari, priusquam verba mea protulero. Ibi statim Dæmones: loquere, Magister, servis tuis verba tua, nosque ea audiemus.

V I I.

אמר להם אני מבקש מכם שלא תזיקו לאיש הזה כיון שנכנס בצל קורתיו: אמרו לו ומה טיבו של ילוד אשה בינינו ומי הביאו לכאן: ספר להם הרב כל מה שאירע להאיש ההוא מראש ועד סוף: אמרו לו ואיך נחיה אדם רשע כזה שעבר על מצות אביו ועל שכועת השם: אין זה כי אם בן מוה: אמר להם הרב כבר קבל עליו ענשו ברוב צרות ורעות שעברו עליו והוא בן תורה וראוי שתגין עליו תורתו: שאם היה הייב מיתה לא היה השם מצילו מן היום ומן הארץ מן הקפופא ומכמה צרות: ענו לו השרין כש שהוא בן מות שהוא בן תורה ולא

ולא שמר מצות אביו וגם שעבר על שבועתו והשגנות נעשות לו כזרונות והשם
לא הצילו מכל מה שעבר עליו אלא כרי שימות בדינו במיתה משונה:

V I I.

Tum ait illis. Ego hoc a vobis contendo, ne istum hominem lædatis, quia sub umbram tigni mei confugit. Ad hæc Dæmones. Quid sibi vult ex sæmina natus inter nos, & quis eum huc deduxit? Ibi narrat illis Magister omnia, quæ homini evenerant, a capite usque ad calcem. Postea Dæmones: quomodo sinemus, inquirunt, superstitem esse tam nequam hominem, qui mandata paterna, & jurisjurandi sanctitatem transgressus est? Omnino reus est capitalis supplicii. Subjicit Magister. Cum pœnas suis multis calamitatibus, ærumnisque, quas perpessus est, luerit, atque in Sacris litteris scientiam profiteatur, æquum est, hanc eruditionem illum tueri. Etenim si mortem promeritus esset, Deus non liberasset ipsum a naufragio, nec a Leone, nec a Bubone, nec ab aliis malis plurimis. Reponunt Dæmones. Tanto magis dignus est, qui vita exuatur, cum Legem Divinam calleat, nec servarit præceptum paternum, suumque jusjurandum violaverit. In hoc enim leviores errores evadunt crimina gravissima, Deusque non ob aliam rationem inter omnes istas adversitates incolumem præstitit, nisi ut a nostris manibus mors dirissima ei inferretur.

V I I I.

אמר להם הרב ראוי שתמיתוהו אחם אלא כדין חורה מאחר שהוא בן תורה:
ועתה שמעו לקולי: יחרים החזן שלא יזיקנו שום שד עד אחר התפילה ונביא
אותו לפני אשמראי המלך והוא ידין אותו אם למות אם לחיים: ענו כלם טוב
הדבר אשר דברת: מיד צוו לחזן הכנסת להחרים שלא יזיקנו שום שד עד שיריץ
אותו אשמראי מלך השדים:

V I I I.

Excipit Magister. Non est fas, vos illum perimere, nisi secundum Legis Divinæ statuta, cum eruditus sit. Nunc igitur consilium meum audite. Palam edicat Præcentor sub anathematis pœna, ne quis vestrum illi ante Preces peractas noceat. Postea, iis absolutis, adducemus illum ad Regem Asmodæum, atque ipse judicabit, utrum morte, an venia dignus sit. Tum uno ore omnes. Probum est consilium, quod suavisti. Nec mora. Jubent, Præcentorem sub anathematis pœna indicere, ne quisquam ex Dæmonibus ei manus inferat, donec Asmodæus Rex Dæmonum de illo cognoscat.

ואחר שהתפללו הביאוהו לפני אשמדאי ואמרו לו: אדוני המלך האיש הזה הוא
בינינו מפני שחטא לשם ית שעבר על שבועתו ושלא שמר מצות אביו והנה
אירע לו כך וכך: ואנחנו לא רצינו להמיתו עד שתדיננה אתה מפני שהוא בן
תורה: וכששמע המלך כך קרא לכית דינו ואמר להם: הנה זה האיש שעשה כך
וכך והקרא לו כך וכך: דינו לבקר משפט ופשפשו בדינו: כי הוא בן תורה לכך
תדיננהו בדין תורת משה: הלכו בית דינו ופשפשו בדינו ודיננהו למות מפני
שכתוב בתורה ארור מקלה אביו ואמו וזה הקלה כבוד אביו ומצותו וכיון שהוא
ארור וארור הוא בן מות משאל בן קיש שרצה להמית בנו יהונתן על שעבר על
ארור: ועוד כי זה עבר על שבועתו שכתוב כי לא ינקה יי ונו: הלכו לפני המלך
אשמדאי וספרו לו איך הייבוהו למיתה על הטענות הנזכרי: אמר להם אשמדאי
המתינו בדין ולינו עליו שכן כתוב ושפטו הערה והצילו הערה ואמרו חכמהם
הוּו מחינין בדין: וכן משה רבם עכב בדין הקשש כי לא פורש: אמרו לו כן
נעשה כאשר דברת כי אתה אדונינו ועליך עינינו: אמר להם המלך ילך עמי
האיש הלילה הזאת כרי שלא ימיתוהו עד שיתבאר הדין וכן עשו: באותה שעה
שאל לו אשמדאי אם קרא ושנא וצוה והביא לפניו ספר תורה נביאי וכתובי
וסדרי משנה ותלמוד וכדק אוחו ומצאו חכם בכל ענין: וכשראה אשמדאי כך
אמר לו עתה ידעתי כי איש חכם אתה וגם מצאת חן בעיני: השבע לי שתלמד
בני מה שאתה יודע ואני מצילך מיד השרין כי ידעתי שישכימו בדיןך להורגך:
גשבע לו בכך: אמר לו המלך: בא ואלמדך טענות שתטיין ליום מחר כי אמרו
כי איש מות אתה: ואתה תענה להם כי אתה דיין גדול וחכם ושאתה חפץ
לראות הדין ולברוק בטענות והם יבואו לפני ואני אצילך מידם: למחר באו בד
לפני המלך אשמדאי ואמרו לו לא מצאנו לו שום זכות: ענה הכחור ואמר להם
אני דיין גדול יותר מכם אני רוצה לפשפש בדיני: אמרו לו ראוי לעשות כדברך:
נתיעצו ביניהם ואמרו אין טוב לנו אלא להביאו לפני המלך אשמדאי שחוא
למר תמיד מישיבה של מעלה ואחכ יורד והוא למר בישיבה של מטה: ולכן הוא
בקי בדינין מן השמים ומן הארץ: הלכו ושאלו לאשמדאי מה יאמר בדינו: אמר
להם אין לאיש הזה משפט מות כי כל מה שעשה לא במרד ובמעל ולא בדרך
עשה: אלא שאותן האנשים הסיתוהו והטעוהו בדברים ואנוס החמא פטריה:
מנא לן: מן לנערה לא תעשה דבר: ואתם יכולין לדעת כי כן הוא שהשם המית
בים האנשים ההם והוא ניצול: וכששמע הבר כך פטרוהו בדין:

I X.

Post recitatas Preces adducunt eum coram Asmodæo, dicuntque illi. Rex, & Domine, iste homo in nos incidit, quia deliquit adversus Numen æternum violando jusjurandum, & spernendo mandatum parentis sui, atque ecce ista & ista ei evenerunt. Nos autem nolimus eum interficere, antequam tu de ipso decerneres, quia Divinarum litterarum studiosus est. Quæ cum Rex intellexisset, Senatum suum convocat, eumque his affatur verbis. Ecce vobis hominem, qui hæc, & ista patravit, & cui hæc, & ista acciderunt. Ite igitur cras in suffragia, & inquirete in causam illius. Cum enim studio Legis Divinæ operam det, ideo secundum Mosaicam Legem vos eum judicare decet. Abeunt Senatores, totoque negotio probe examinato, capitalem adversus eum sententiam ferunt. Nimirum hoc nitebantur fundamento. Scriptum est in Lege (Deuter. 26. v. 16.) *Maledictus esto quisquis vilipendit patrem suum, aut matrem suam*: atqui iste vilipendit utique honorem patris sui, illiusque præceptum; proinde maledictioni subjectus est. Cæterum maledictionis reum eundem & mortis reum esse, constat ex illo Saulis filii Kis, qui (*sicuti* 1. Sam. 14. *scriptum est*) filium Jonathanem perimere nitebatur, quia contrarium fecerat ejus, quod ipse sub maledictione prohibuerat. Accedit, istum præterea jusjurandum suum rupisse, & Scripturam de hujusmodi homine pronunciare (Exod. 20. v. 7.) *Non relinquet impunem Dominus eum &c.* Quamobrem adeunt Regem Asmodæum, eique exponunt, quomodo reum capitis supplicium promeritum esse sentiant ob rationes prædictas. Tum ait illis Asmodæus. Expectate, & sententiæ promulgationem in diem crastinum differte. Sic enim scriptum est. *Et jus dicent Cætus, & eripient Cætus.* (*His verbis jubetur pars Synedrui in rei damnationem: pars vero in ejusdem absolutionem inclinare.*) Scitumque est illud Sapientum Hebræorum: *moras trahite judicaturi*. Sic quoque Moses eorumdem Magister distulit de eo pronunciare, qui in Sabbato stipulas collegerat, quia ei parum liquebat. Respondent Dæmones. Morem geremus monitis tuis, cum tu sis Dominus noster, & oculi nostri te spectent. Subjicit Rex. Mecum moretur homo iste hac nocte, ne illum perimant, antequam de sententia concipienda liquido constet: atque id factum. Haud multo post interrogat Asmodæus hominem, num in Sacris litteris, & *διδασκαλίαι* sit exercitatus, jubetque afferri Codicem Legis, Prophetarum, & Hagiographorum, itemque Misnà Ordines cum Talmude, & in illius profectum inquit, deprehenditque omnium rerum apprime gnarum. Cum ista sic explorasset Asmodæus, ait homini. Nunc equidem scio, te virum sapientem esse, atque omnino tibi redditus sum propitius. Ergo jusjurandum dato, edociturum te filium

meum ea, quæ tenes, atque eripiam te e manu Dæmonum, quos ad te necandum novi conspiraturos. Jurat igitur Regi, atque Rex postea ait homini. Veni, indicabo tibi argumenta, quibus die crastino te defendes, cum capitalem sententiam adversus te ferent. Dic nimirum illis, te esse Judicem, Sapientemque magni nominis, ac proinde te cupere ipsorum cognoscere decretum, & examinare rationes. Tum me illi adibunt, atque ego te servabo. Postridie convenit Senatus coram Asmodæo, ajuntque; Non reperimus ullam causam, quare eum absolveremus. Tum homo ille dicere. Mihi major, quam vobis, juris est peritia, atque volo inquirere in justitiam sententiæ vestræ. Respondent Dæmones. Æquum est, nos tibi hoc concedere. Post habitam autem deliberationem inquirunt. Nihil magis ex usu nobis est, quam ut illum coram Rege Asmodæo sistamus. Ipse enim quotidie in Ætherea Academia invigilat, & deinde descendit, atque in ima quoque Academia studiis dat operam. Itaque & Cœlestis, & terrestris juris habet notitiam. Abeunt igitur, & ex Asmodæo quærunt, quid illi videatur? Ab illo autem hoc responsum accipiunt. Iste homo neutiquam capitis pœnam meritus est. Quidquid enim fecit, neque sponte, neque ex animo, neque dolo malo ab eo est factum. Verum nautæ illi verbis suis ipsum pellegerunt, deceperuntque, & quæ sine voluntate fiunt, Deus non attendit. Unde hoc colligimus? Ex loco (Deuter. XXII. 26. ubi de puella per vim compressa legitur:) *Puella autem ne facito quidquam.* Atque vos ex eo quoque agnoscere potestis, rem ita se habere, quia Deus viros illos in mari sustulit, iste autem incolumis evasit. Hæc cum Senatus percepisset, insons declaratus est.

X.

ואתרי כן לקחו אשמדאי והביאו לביתו ושם בנו לפניו ללמדו תורה ומה שהיה יודע ועשה לו כבוד גדול ולבסוף שלוש שנים ידע בן אשמדאי כל מה שלמדו האיש ההוא מכל מה שהיה האיש יודע: לימים מרדה מדינה אחת באשמדאי וקבץ חיילותיו ללכת על אותה מדינה ומינה האיש ההוא על ביתו ועל כל אשר לו ומסר לו מפתחות כל בית גנוזו וצוה לכל אנשי ביתו שלא יעשו דבר זולתי אשר יצוה האיש ההוא: והראה אשמדאי לאיש ההוא כל בית גנוזו והראהו בית אחר שלא היה לה מפתח ואמר לו אשמדאי בכל בית גנוזי יהיה לך רשות להכנס חוץ מבית זה: הלך אשמדאי לצור על העיר החיא עיר ויהי היום והיה עובר האיש על הותרו פתחו שצוהו אשמדאי שלא ליכנס בו: אמר בלבו מה יש בבית זה שצוני הסלק שלא אכנס בו יותר מכל בית גנוזו: הלך על הפתח ושמר וראה בת אשמדאי שהיתה יושבת על קתדרא של זהב ועמה בתולות רבות מרקדות ושמחות לפניה והיא היתה יפת תאר ויפת מראה מאד: וכשראתה אותו אמרה לו בא והכנס לכאן

לכאן נכנס אצלה ועמד לפניו: אמרה לו אדם טפש איך עברת על מצות המלך
 אשמדאי אבי ועוד מה אתה רוצה בבית נשים חרע באמת שהיום תמות שכבר ידע
 אבי שאתה נכנסת בבית זה והנה הוא בחרבו שלופה בירו ויהרגך: וכששמע
 האיש ההוא כך נפל על רגליה ונשקם והתנפל לפניו ויבך ויתחנן לה להצילו
 מיד אביה שלא ימיתנו שלא נכנס לשם לזנות ולא נתכוון לעשות רבר רע עם
 הנערות: וכשראתה בת אשמדאי כך אמרה לו מאחר שאתה בן תורה הענוה שיש
 בך יצילך היום ועתה צא מן הבית הזה וכשיבא אבי ויאמר לך על מה עברת על
 מצותי ונכנסת אצל בתי וירצה להרוג אותך אמור לו אדוני לא נכנסתי אלא מפני
 שאני אוהב את בתך מאד ואני שואל ממך שתתננה לי לאשה ויודעת אנכי
 שייטבו דבריך לפניו ויתן אותי אליך כי מן היום שאתה עמנו נתן עיניו כך לחתי
 אליך מפני שאתה בן תורה אלא שאין דרך ארץ שהאשה תובעת האיש וגנאי
 יהיה למלך כמוהו לשאול שתקח בחו:

X.

Post hæc Asmodæus hominem se sequi jubet; eique in ædes introducto committit
 filium suum, ut illum Sacras Litteras, & ea, quæ tenebat, edoceret, afficitque homi-
 nem summis honoribus. Exacto triennio, callebat Asmodæi filius omnia, quibus ma-
 gister illum imbuerat, & quidquid sciebat magister. Interjecto deinde tempore, defe-
 cit civitas quædam ab Asmodæo. Quare copias ad eam oppugnandam colligens, præ-
 ficit hominem universæ domui suæ, universisque facultatibus, & claves omnium the-
 saurorum illi tradens imperat domesticis, ne quid citra ipsius iussa faciant. Demonstrat
 itaque Asmodæus homini omnes suas opes, ostenditque ei domum aliam, quæ clave
 carebat, ac dicit: in gazophylacia quæque mea tibi introeundi jus esto, præterquam
 in domum hanc. Abit deinde Asmodæus urbem expugnaturus, atque accedit quadam
 die, ut œconomus ille eas fores præteriret, per quas Asmodæus ingredi illum prohi-
 buerat. Quare secum cogitat. Ecquid continere potest domus hæc, quam solam præ
 omnibus gazophylaciis intrare vetuit Asmodæus? Accedit igitur ad fores, ibique præ-
 stolatur (*quoad aperirentur; idque cum factum esset*) videt filiam Asmodæi, insidentem
 throno aureo, circa quam strepabant puellæ multæ saltantes, & jocantes; ipsa autem
 erat pulchra aspectu, & formosa insigniter. Ea, cum hominem conspexisset, ait illi;
 accede, & ingredere. Ergo intrat ille, & coram ea consistit. Tum ipsa. Tu vero ho-
 mo infulsissime, quare præceptum Asmodæi Regis patris mei violasti? & quid tibi vis
 in gynecæo hoc? Pro certo igitur noveris, tibi hac die moriendum esse. Jam enim per-
 spectum habet pater meus, te huc intrasse, atque ecce huc properat stricto gladio ad te
 trucidandum. Illis auditis, prosternitur homo ad pedes virginis, eosque osculatur, &
 pro-

prono corpore flens obtestatur eam, ut se a patre, & imminente exitio liberet; nec enim scortandi causa se ingressum esse, aut cum puellis rem malam patrandi habuisse propositum. Quæ cum vidisset Asmodæi filia, ait. Quia Legis Divinæ peritus es, tua te nunc modestia incolumem servabit. Quamobrem exi e domo hac, & cum parens meus adventabit te objurgans: quare tu præceptum meum violasti, & ad filiam meam ingressus es? & interitum tibi comminabitur, dicit. Domine, non alia ex causa intravi, nisi quia filiam tuam vehementer depereo, atque ego te rogo, ut illam mihi in uxorem des. Sat scio, hæc verba ipsi grata futura, eumque me tibi concessurum. Nam ex eo tempore, quo nobiscum agere cœpisti, hoc meditatus est, ut me tibi traderet ob tuam in Divinis litteris peritiam. At non erat honestum, mulierem virum provocare, nec tanto Regi conveniebat, te sollicitare ad filiam ducendam.

X I.

וכששמע האיש ההוא דבריה שמח בלבו ועודנו מדבר אל לבו שיצא מן הבית הזה הנה אשמדאי בא וחרבו שלופה בידו ואמר לו למה עברת על מצותי עתה בא יומך שאשוב לך גמול מכל מה שעשית: אמר לו אדוני לא נכנסתי אלא מרוב חשקי בבחך בבקשה ממך תנה אותה לי לאשה כי ישרה בעיני מאד: וכששמע אשמדאי כך שמח מאד ואמר לו: ברצון אתננה לך רק המתין לי עד בואי מן המלחמה ומעתה אני נותן לך רשות להכנס בבית שבתי בו ולצחוק עמה ולעגב אותה כרצונך: מיד חזר אשמדאי ולכר אותה מדינה והחריב אותה ואחרי כן אמר לחיילותיו בואו עמי לנשואי בתי שאתן לאיש אחד חכם גדול ובן תורה: מה עשו כנסו כל העופות והחיות שמצאו במדבר עד שלא היה להם מספר והביאו הכל למשתה: ונתן המלך אשמדאי ממון גדול שלא היה חקר ומספר לאיש ההוא וכתבו הכתובה וחתם החתן הכתובה וכל גדולי המלך עמו ועשה המלך להם משחה גדול ועצום כיד המלך לעת ערב מסר אשמדאי בחו לאיש ההוא כדרך כל הארץ ונכנסו שניהם לחדר: ואמרה לו בת המלך אל תחשוב בלבך שאני שירה ושאתה בן אדם איני חסרה כלום: אמנס הזהר שלא תבוא אלי אם אין אתה חפץ: אמר לה אני הוהב אותך כבת עיני ולא אעזוב אותך לעולם: אמרה לו השבע לי ברבר הזה: נשבע לה וכתב השבועה בשטר וחתם בה האיש ההוא: אחרי כן בא אליה והוליד ממנה בן ומל אותו לשמנה ימים כדני תורה וקרא את שמו שלמה על שם המלך שלמה ועמד האיש ההוא אצלה כמה ימים:

X I.

Istis perceptis, in pectore secum gaudere homo cœpit, suamque secum reputans felicitatem, dum e domo egreditur, obvium habet Asmodæum, tenentem manibus strictum

Tum gladium, clamantemque. Cur tu mandatum meum neglexisti? Nunc quidem dies adest, ut præmia digna omnibus tuis factis rependam. Tum homo ille. Tuam fidem, Domine; non hæc intravi, nisi ob impotentem amorem, quo erga filiam tuam exarde-
 sco. Obsecro te, ut hanc mihi uxorem des; cum multum illa capiar. Hæc ubi Asmodæus
 audivit, valde lætatus est, dixitque homini. Despondebo eam tibi libenter; verumta-
 men expecta, donec ab expeditione mea revertar. Interea potestatem nunc tibi facio
 visitandi domum, in qua moratur filia mea, & cum ea colludendi, amorique tuo in-
 dulgendi ex sententia. Sic mox reversus in castra Asmodæus Urbem expugnat, & solo
 æquat, ac postea copias suas his verbis alloquitur. Venite mecum ad nuptias filix,
 quam collocabo in matrimonium cum viro rerum humanarum, divinarumque peritissi-
 mo. Quid fit? Tantam avium, ferarumque multitudinem ex sylvis colligunt, quæ nu-
 merari non poterant, easque omnes in convivio apponunt. At vero Asmodæus divitias
 sine modo, & mensura Genero largitur, confectumque est Instrumentum dotale, cui
 Sponsus, omnesque Proceres subscribere. Parat deinde Rex epulas splendidas, & ma-
 gnificas pro dignitate sua, & sub vesperam filiam suam Genero more ubivis gentium re-
 cepto committit, atque ambo simul in cubiculum se recipiunt. Tum Sponso ait Spon-
 sa. Noli tecum cogitare, me Sagam esse, te vero hominem: nihil mihi deest. Sed ca-
 ve rem mecum habeas, nisi id feceris ex amore. Tum ille. Ego te non secus amo, quam
 oculi mei pupillam, nec umquam te deseram. Ibi Sponfa; da igitur mihi jusjurandum,
 sic futurum. Nec mora, sancte jurat Sponsus, ipsamque jurisjurandi formulam in scri-
 pturam redigit, obsignatque. Conscendunt postea torum genialem, suscipitque maritus
 e conjuge filium, quem octavo die ex præcepto Legis Mosaicæ circumcidit, vocatque
 Salomonem in Salomonis Regis memoriam, atque ita longo tempore simul vivunt.

X I I.

ויהי היום והאיש היה מצחק עם בנו שלמה והיתה אשתו בת אשמדאי שם
 ונאנת האיש ההוא: אמרה לו אשתו למה נאנחת: אמר לה על בני שהנחתי
 בארצי ועל אשתי נאנחתי אמרה לו ומה אתה חסר כאן: אין אנכי יפה בפניך או
 אתה חסר ממון או כבוד הגידה לי ואמלא רצונך: אמר לה איני חסר כלום אלא
 כשאני רואה את בני שלמה אני זוכר שאר הבנים: אמרה לו הלא אמרתי לך
 שאם לא היתה אהבתי חקוקה בלבך שלא תקחני לאשה ועתה אתה נאנת על
 אשתך הראשונה זוכר אותה אל תעשה כן פעם אחרת: אמר לה אני אשמור
 מזה: לימים חזר האיש ההוא להאנת: אמרה לו עד מתי לא תמנע עצמך מהיות
 נאנת על אשתך הראשונה ועל בניה: כיון שהוא כן אני אביאך אל אשחך ואל

בניך הראשונים אמנם תן לי זמן מתי יהיה מהלכך ומתי תשוב; אמר לה כן
 אעשה כדברך ונשבע לה על כך וכתב השבועה וחתם בה הוא ונתן בידה והיא
 שמרה כל השטרות מהשבועות שעשה לה להיוחס לה לערות: מה עשתה וימנה
 כל עבדיה ועשתה משתה גדול ואחר שאכלו ושתי אמרה להם הנה בעלי זה
 נתאוה לראות אשתו הראשונה ובניה שיש לו במקום פלוני; ועתה מי הוא זה
 אשר יש בו כח להביאו לשם: ענה אחד ואמר אני אוליכנו בכ שנים: ענה אחד
 יאמר ואני בעשה שנים: וענה אחד ואמר ואני בשנה: ענה אחד שהיה בסוף
 השלחן שהיה סומא מעיניו אחת וגבן ואמר אני אוליכנו לשם ביום אחר: אמרה
 לו אליך אנכי חפצה אמנם הזהר בו שלא תויקנו ואל תעשה לו מאומה והולוכתו
 בנחת כי הוא אדוניך והוא בן תורה ואין בו כח לסבול דבר רע: אמר לה אני
 אעשה כדברך: אמרה לבעלה בסתר אדוני הזהר פן חכעים לזה כי הוא בעל
 חמה כי בסבת רגזותו הוא עור: אמר לה לא אכעיסנו בדבר אמרה לו לך
 לשלום רק הזהר בשבועתך: מה עשה אותו העור והגבן הרכיבו על כתפיו והביאו
 אל עירו והניחו חוץ לעיר בראש הגשר לשלום:

X I I.

Accidit deinde aliquando, ut vir ille, præsentē uxore, cum filio suo Salomone lu-
 dens suspiria duceret. Tum conjux quærere, quare suspiraret? Respondet is: suspiro ob
 filium meum, uxoremque meam, quos in patrio solo reliqui. Ibi mulier. Qua hic a-
 pud nos re destitueris? An non fatis tibi formosa sum? an divitiis, vel honoribus e-
 ges? Indica mihi, atque faxo, optata feras. Subjicit homo. Nulla re careo; verum
 quoties filium meum Salomonem intueor, in memoriam mihi redeunt liberi cæteri.
 Ait illa. An non dixeram tibi, ne me uxorem caperes, nisi amor mei alte in corde
 tuo esset defixus? & nunc tu ingemiscis ob uxorem priorem, ejusque meministi; cave,
 ne hoc iterum facias. Sic maritus pollicetur, velle se ea re abstinere. Cum vero nihi-
 lominus non multo post ad sua rediret suspiria, sic eum affatur conjux. Usquequo non
 temperabis tibi, ne suspires primam tuam uxorem, liberósque ejus? Quia vero tanto
 illius desiderio tangeris, curabo, ut deducaris ad veterem conjugem, liberósque tuos;
 verum statue mihi tempus, quo iturus es, quoque ad nos reversurus. Ad hæc ille.
 Faciam prout jufferis; ac jusjurandum præstans, ejus formulam in litteras refert, sub-
 scriptione sua confirmat, atque uxori suæ in manus tradit; quæ omnia instrumenta ju-
 ramentorum custodiebat, ut pro testimonio valerent. Quid ipsa porro agit? Vocat ad
 cœnam omnes servos, & instruit convivium insigne. Postquam autem comederunt, &
 biberunt, ait illis. Ecce hic meus maritus expetit videre conjugem suam priorem,
 liberósque, qui degunt in civitate Ploni Almòni. Ecquis igitur vestrum eo pollet robo-
 re,

re, ut ipsum illuc deducat? Ibi respondens quidam promittit, intra annos viginti se id effecturum; alius sibi decennium ad id deposcebat; rursus alius intra annum unum se hoc præstiturum pollicetur; quidam vero postremus mensæ assidens, oculo uno privatus, & gibbosus intra diem unum hominem illuc portandi conditionem offert. Tum Hera. Te mihi expeto. Verum cave illum lædas, aut ulla re offendas; sed leniter eum deferto. Nam scito, hunc & Dominum tuum esse, & multum se litteris operam dando defatigasse, unde graviora perpeti nequit. Ibi Dæmon: parebo tuis iussis. Mox clanculum viro suo ait mulier. Quæso te, Domine, ne hunc Dæmonem irrites, cum iracundus sit, ob eamque rem altero careat oculo. Ad hæc maritus: ad iram illum nulla ratione provocabo. Denique mulier. I pede fausto; sed jurisjurandi tu mihi memor esto. Quid orditur unoculus ille, & gibbosus Dæmon? Imponit hominem, divaricatis cruribus, dorso suo, eumque in Urbem suam defert, & ante eam juxta caput pontis siflit incolumem.

X I I I.

ויהי בעלות השחר נעשה אותו שר כרמות אדם ונכנסו שניהם בעיר: פגעו בנוי אחד שהיה מכירו: ואמר לו: אתה הוא פלוני בן פלוני שהלכת העבר הים ושבעה הספינה: אמר לו אני הוא: אמר לו הגוי אלך וארוץ ואבשר לאשתך שיושבת כאלמנה זה כמה ימים ולקרובך: הלך ובשרם בכך ושמתו שמחה רבה ויצאו לפנוי בחדרה רבה קרוביו ומיודעיו ושאלו לו על אודות התלאה אשר מצאתהו: וספר להם את כל אשר קרהו מראש ועד סוף עד היום והוא וכאשר הצילו יי ונכנס לביתו ואותו השר הגבן עמו כרמות אדם ונשק לאשתו ולבניו בפנוי ועשה משתה לכל אהביו ומיודעיו:

X I I I.

Cæterum sub auroræ ortum assumit Dæmon Hominis personam, amboque urbem ingrediuntur. Ibi incidit in hos quidam alienigena, Asmodæi Genero olim amicus. Itaque illi ait. Tunc δ $\delta\alpha\alpha$ es, filius $\tau\eta$ $\delta\alpha\alpha$, qui mari sese exposuerat, & naufragium passus est? Respondet alter, is ipse sum. Tum prior. Præcurram, atque hoc nuncium ad uxorem tuam referam, quæ pro vidua multos jam fedet annos; quin & propinquis tuis idem narrabo. Abit igitur, atque rem indicat. Tum omnes multum gavisi sunt, omnesque propinqui & noti cum lætitia obviam illi eunt, atque percontantur de casibus, quibus expositus fuerit. Cæterum ille a principio ad calcem recenset iis singula, quæ ad præsentem usque diem fuerat expertus, & quomodo Deus ipsum servasset; domumque suam cum gibboso, sed formam humanam induto Dæmone ingrediens, oscu-

latur præsentibus omnibus uxorem suam, & liberos suos, paratque epulas amicis, propinquis, ac familiaribus suis.

X I V.

אחר שאכלו ושתי אמר האיש ההוא לאותו השד הגבן שהביאהו למצות בת אשמדאי למה אתה עור מאחת מעיניך: ענה לו כחו מפורש: שומר פיו ולשונו שומר מצרות נפשו: ולמה אתה מלבין פני ברבים: הלא אמרו חכמיכם המלבין פני חברו ברבים אין לו חלק לעולם הבא: עוד שב האיש אותו להכעיסו לומר לו ולמה אתה גבן: אמר ככלב שב אל קיאו כסיל שונה באולתו: ואם כל זה אספור לך האמת כשאתה אומר על מה אני סומא: מפני שאני כעסן יום אחד הייתי נתקוטט עם חברי והנה רקרני חברי בסכין וסומא את עיני: ומה ששאלת על מה אני גבן לך ואמור לאומן שעשני: אמר לו נעניתי לך מחול לי: אמר לו: לעולם לא אמחול על עלבונני: אמר אותו איש לאנשי ביתו תנו לו לאכול ולשתות: ענה לו לעולם לא האכול ולא אשתה משלך: אבל צוה לעשות ברבת המזון ואשובה אל מקומי:

X I V.

